radebat: atrox cruciat' mutabat. Reges nō agnoſcebat: 7 cōſoſſum corpus in ſtercore reſcūbebat. In naufrago corpore incolumis iuſticia tutatur: 7 periclitātibus membris: auctori vulnerū pectus ſeraf. Omnia excepto ſpiritu occupauerat hoſtis. Non fuit qui reciproci redderet munus mercedib': delicata matrona in alienis domibus ſeruit: que imperare cōſueuerat. Ubi poſt ſolis occaſū diurna ſuplicia dure tranſigebat: quietē expectabat: 7 fatigatis matrona digitis: ſuccedentē diem lachrymātibus oculis deducebat. Orbata in mērore filiorū mulier locatur vt ſeruiat: nec ad lachrymas vacat. Adhuc matrona iā vidua: vbiq; mercēnaria: nuſq; domia: nec ſterilis: nec mater vteri ſui lania tus deſlet. Ecce inquit marite que pateris: dic aliquid aduerſus deum 7 morere. Pecca uit ſola q̄ viro miſericordiā denegabat: obli uiſa vxorē iob in ſiſis didicerat: 7 omnibus membris fluens: ſolus anim' fideliter repugnabat. Bellator mūdi in vno viro torqueſcū torque et p'na reuertit in auctore. Ecce inquit dñs tradā illū tibi: animā illi tantū modo cuſtodi. Secure pugnat: q̄ hoſte metuēte ſeruaf. Sic hoſtis furebat vt timeret: inſigit dolore crudelitas: 7 deficit in ſuis v'ribus. Pena fugata reuertit ſanctas: 7 cicatricibus ſclior reddi' medicina. Leleri' curat dñs q̄ vulnerarat inimic'. In gaudia gemitus migrare: 7 in foſſis vulnerū numerant' monumēta victorie. Propter iob regina: p'pter quem 7 mercēnaria. Duplici reſgreditur ſenere: vt amiſſa poſſent duplo recipere.

In eadem dominica: De beato Job: Sermo II

In lectiōe que nobis lecta eſt fratres chariſſimi: audiuiſimus q̄ glorioſiſſimus dei athleta contra hoſtem calidiffimū admirabiliter p'liatus ſit: et ſm qđ apoſtolus ait: Spectaculū deo 7 angelis ei' 7 hominibus: dignū non ſine ingenti admiratiōe audire: 7 quodāmodo oculis fidei videre meruiſimus. Vidimus beatū Job non ſolum cōtra ſclicitatē mūdi: ſed etiā contra paupertatē 7 aſperriſſimos dolores: et contra filioꝝ orbitatē fortiter 7 ſclicitate dimicantē. Qui cū eſſet diues: nullū p'temptū habuit. Cū penuriā patere: neminē blaſphemauit:

Sermo CC. XXV.

A

1. Cor. 4



Sancti Augustini de tempore

nec contra dei dispensationem murmurare pre-
sumpsit: sed locuples dicebat: **Domus mea**
omnibus viatoribus patuit: et de velleribus
omnium mearum calefacti sunt humeri infirmorum.
Postea vero cum paupertate premeretur: in an-
gustis loquebatur: **Domus dedit dominus abstulit: si-**
cut domino placuit ita factum est. Et fortiter col-
luctatus est diabolus: sed athletam dei supra-
re non potuit. Immanes suscitauit fluctus:
et firmissimam petram commouere non valuit. Ad-
hucinationes suas adhibuit: et turrim validis-
simam non prostravit. Arborum commisit et decutere
poma non valuit. Et ramos quidem confregit:
sed radices nihil nocuit. Parietem perforauit: sed
thesaurum auferre non potuit. Thesaurum autem
dico non auri et argenti: sed fidem iusti. Hunc
enim eius thesaurum diabolus diripere festina-
bat: quando eum omni facultate nudatum pla-
ga intolerabili cruciabat. Vidisti augmen-
tari fluctus: vidisti petram firmissimam: vidisti
turrim inexpugnabilem: vidisti deum glorifica-
tum et diabolum profractum: Et quali nomine hunc
iustum appellem: ignoro. Athletam enim vocem? Sed
precellit tantarum copia coronatum. Petram eum
dicam? Sed firmiter video. Adhuc appellabo?
Sed robustior est cerno constantia. Turrim enim
nominabo? Sed eminent sapientia. Arborum
enim dicam? Sed decorosior inuenit. Fructum illum
appellabo? Sed preciosior demonstrat. Thesaurum
eum nominabo? Sed copiosior esse dinoscitur.
Et quali vocabulo appellabo sanctum illum non in-
uenio. Audiatur hec diuites: audiatur hec pau-
peres quemadmodum hic beatus vir in diuitiis
 suis et felicitate benignus dispensator extitit
 diuitiarum: et in temptatione paupertatis pa-
 tienter et fortiter tolerauit. Videt igitur non
 esse impossibile diuitem esse in operibus bo-
 nis: et pauperem per patientiam egestatis posse esse
 beatum. Nolo tibi dicas: quia paupertatem ti-
 meo. Paupertatem times: et peccatum non me-
 tuis? Nolo times paupertatem: sed iniquitatem
 time: quae mater est tormentorum. Dominus a te sti-
 pendium postulat: et dare ei non vis. Cum enim
 audis eum dicentem: Quid fecistis vni ex mini-
 mis istis: vti quis si tribuas pauperi christo fene-
 ras. Si contrahis a paupere manum tuam: quomodo
 et qua fiducia in illa die et tu a domino misericor-
 dia postulabis? Nonne arguet te dicens: Vidisti
 me nudum et non operuisti: esurientem et non
 pauxisti? Quid tu ad hec respondebis: et
 quam veniam deprecaberis? Nonne conscientia
 tua reum te faciet et obmutesces? Et tu qui

dem multis et preciosis vel exquisitis delictis
interdum usque ad crapulam fatiatis: et pauperi
unde esuriam repellat vel cibum simplicem disti-
mulas erogare. Vestibus etiam nimium precio-
sis indutus incedis: et pauperi nudo nec vil-
lissimum tribuis vestimentum. Domum tuam in
omni pompa componere vel ornare contendis:
forsitan nec in angulo eius pegrinum vel pau-
perem recipis. Sed qui talis est: cum ei irruoca-
bilis aduenerit finis: si penitentia non subue-
nerit: proget ad inferos nudus bonis operibus:
remanente domo cum omni ornatu suo in te-
stimonium auaricie sue. Unusquisque enim pretereun-
tium dicit: hec domus illius fuit raptoris:
predonis: auari. Quantas viduas afflixit: quan-
tos orphanos denudauit: quantos miseros
fecit: ut hanc domum tantis expensis de ini-
quitate questis regeret. Sed dicit aliquis: Nobilis
sum et in honore constitutus. Nobilitatem
nemo reprehendit: de istis dignitatibus
nemo disputat: que a deo bene hominibus
concedunt. Diuites ergo in honoribus consti-
tuti si iuste et caste et misericorditer vixerint:
reprehendere nemo debet. Illi vero dolendi sunt et
lugendi: qui inflati superbia dignitatum: putant se
imortales cum ipsa dignitate futuros: et non con-
siderant conditionem suam quod de terra sunt et in
puluerem redigentur: et per parua leticia vite huius
si tamen leticia vel vita dicenda est: perpetua susti-
nebunt tormenta. Attendis pauperem et despi-
cis: et non recogitas quoniam homo est sicut et tu.
Homo chara et amica possessio dei: homo cuius
causa firmatum est celum: et extensum est ma-
re: fundata est terra: propter quem sol oritur
et occumbit: luna crescit et deficit: astra mic-
tia surgunt. Tu ne ergo contemnis hominem pau-
perem: propter quem deus talia et tanta constituit.
Ad extremum ut adhuc amplius dicam: propter
quem dei filius humanam carnem assumpsit:
opprobria et flagella sustinuit: crucem protulit et
flagelli amaritudinem sensit: mortem gustauit:
ad inferna descendit: et eos qui a diabolo de-
tinebantur obnoxij sanguinis sui precio libera-
uit. Ecce quanta et qualia humano generi pie-
tas diuina concessit. Videte ergo si iustum est
ut a nobis pauper quisque despiciatur: cui tot be-
neficia pietas diuina largitur? Amemus ergo
fratres charissimi et non despiciamus pauperes
vel pegrinos: ne nos ille despiciat qui propter
nos pauper factus est cum esset diues. Consi-
derate fratres et diligenter attendite: quia ab ini-
tio nullum pauperem despiciere voluit deus.



Ser. CC. XXVI. Dñica XV. p^a Trinitatis: Ser. I.

¶ Nam sicut in scripturis diuinis frequenter et diligenter audistis: vt superbia et vanitatem mundi reprimere deus: nõ elegit rhetores: nõ eloquentes: nõ consules: nõ diuites: non potentes: quibus verbi sui secreta comitteret: sed aut opilioes: sicut patriarchas et beatũ dauid: aut piscatores sicut beatũ petrũ vel reliquos aplos: vt p infirma destrueret fortia: et p humilia excelsa et supba deijceret. Amenus ergo pauperes: vt cum illo partẽ habere possimus qui dixit: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Hic quia genus humanũ p supbia mortale vitium acceperat: Christus medicamentũ humilitatis exhibuit. Noli ergo despiciere humilẽ pauperẽ: qui est sibi paup sit: facere te diuitẽ potest. Qui enim diuites sunt: imitent beatũ iob humiliter largas elemosynas facientẽ. Non extollant in prosperis: et si sinistrũ aliquid dño pmittente ptulerint: non deprimant aduersis: et in nullo contra dei iudicia murmurantes: sed humiliter et pia cõscientia cum beato iob dicant: Dominus dedit dñs abstulit: sicut domino placuit ita factũ est: sit nomen domini benedictum: cui est honor et imperiũ cum patre et spũ sancto: in cuncta secula seculorũ: Amẽ.

¶ Item in eadem dñica Homelia de eo qd scriptum est in euangelio sũm Lucam: Et factum est dum iret iesus in hierusaiẽ: transibat per mediam samariã etc. que sumpta est ex libro. ij. de questionib⁹ euangeliorũ. ca. iij. Et ex sermonib⁹ factis ad fratres in heremo. xxxij.

Dominica quintadecima: De beato Tobia: Sermo I

¶ Status Tobias qui panem suũ nouerat frangere esurienti: mercedem celerem mercenario pparat laboranti. Patientẽ lectione pcepta que nup est recitata: admirabamur patris filijq tractatu: quem quẽadmodum angelus monet: quem estimabant terrenũ sub celesti gloria mercennarium. Ad hoc enim cecitatis incurrit exitiũ: vt angelũ susciperet medicũ: qui diuinis facibus incẽsus sic anhelauit: Honesta est oratio cum ieiunio et elemosyna. Oratio iusti: clavis est celi. Ascendit pcatio: et descendit dei miseratio. Licet alta sit terra: altũ celus:

audit tñ deus hominis lingua: si mundã habet conscientia. Cum sensibus loquit: si sit solus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorum: sletus citius audit q̃ voces. Oratio inuidi: solet de auribus ppulsari. Erat patris et filij anima vna: dum esset propter pietas membrorũ erat illis singularis germanitas animorũ. Fili inquit dimittamus istum hominẽ adijcientes ad mercedẽ placitam: quia nobis multa opere suo cõtulit bona. Et filius relato tractatu alloquit patrẽ: Pater: nõquid nã isti tam benedicto operario merces tñ placita debet pensari: cuius bonus ducatus nõ potest estimari? Parum illi honoris reddemus: si eius meritis mensuram figamus. Nõquid ipse id tantũ exhibuit qd placuit? Hoc placuerat: vt mihi regi onẽ et virum cui argentũ comendasti demonstraret. Primo iter quasi celeste carpens: et mihi et tibi parauit necessariũ de pisce collyriũ. Ad dedit: argentũ recepit: sarã mihi vxorem despõsavit. Ad mercedẽ placita tantũ est dignus: qui mihi tanq̃ celestis extitit paranymphus: et qd plus e bone pater oculoꝝ tuorũ maculas albugine detracta curauit: et totã domũ nostrã illuminatis oculoꝝ tuorum lampadibus illustrauit. Clarius modo video: quia te videntem aspicio. Nonne iste optime pater dignus est media substantia? Iste talis ductor: atq̃ puifor: medicus atq̃ custos: vt dixi: medicũ substantiã quã ipse mecum ptulit accipiat portione: qui mihi ducatu suo tantã p̃buit pietatẽ. Placet bono patri sapientis filij respõsio. Rogare cepit mercenariũ: vt mercedis sue sumat effectũ. Frater inquit accipe qd tuũ est: et tunc vade saluus. Recipe mercedẽ tuam: quia p̃buiti mihi et filio meo bonam misericordiã. Tolle vt dixi mediã substantiã quã cum meo filio reportasti: nam gratia quã tibi debemus non potest ponderari. Continuo angelus gaudet de cogitata mercede: qui missus fuerat gratis facere pietatem. Tobis inquit vel tobiam quid de mea mercede satis supflue cogitatis? Habete qd vobis donauit pater ille celestis: Ego minister sum curationis: ille est auctor sanitatis. Rescitis cuius mercenarij ope perfrui meruistis. Defunctos captiuitatis sepelire nõ timuistis tobis: ascenderũt ad dominũ opera tua: quia relicto prandio redidisti mortuũ sepulture. Ego domino mendullata intuli sacrificia p venerabili sepul-

B

Tobie. 12.

L
Tob. 3.

§

Sancti Augustini de tempore

tura: ego directus sum oparius fori celestis. Mortuū sepelitis: et mortis aculeum nō timuistis. Ipse sepultus: p vobis voce tacita pclamauit. Probationis fuerat cecitas oculorū: vnde patientia tua clarius merisset de celestib⁹ ornamentū. Ego sum raphael: vn⁹ ex septē angelis qui assistim⁹ ante claritatē dei. Nō indigeo fructu hūanę mercedis: diuitem me facit cōuersatio maiestatis. Diues est ille qui me misit: gratis iussit impēdi: qui gratis ipse cōcessit. Hec ipsum honorem gratiarū mihi deputatis: qz nihil meis viribus pcepistis: Deū benedicite et illi cōstitemini: et ipsū glorificate: qz vobiscū fecit bona. Subito patefacto mysterij celestis honore: voce raphaelis angeli attoniti: tobis et tobias colapsi in terrā pruerūt: vocē tremulā penitus occultarūt: quia vocem insolitā audierunt. Quid meruistis pater tobis filiusqz tobias? Mercennariū habere celestem: et tanqz operarium locare terrestrem? Lelauit vobis angelus nomen: Azarias sum inquit ananię magni filius: et non dixit: Ego sum raphael angelus. Lelauit in primo nomine dignitatem: ne faceret locatori terrore. Si em̄ diceret: Ego sum angelus: nō esset tobic mercennarius. Seruata est dignitas nomis: vt postremo magnitudo claresceret dignitatis. Videte charissimi quātū sit elemosynę meritū. Angelū meruit habere operariū. Videtis quātum pficit mortuos sepelire: vt oblatio eius p angelū raphaelē ad celestē ascenderet maiestātē. Videtis quia elemosyna a morte liberat: et ipsa purgat peccata. Facit purgationē oculorū: liberat a tenebris peccatorū. Tobis via sua deducit: Sara tot viris pristata p angelū matrimonio copulat.

Tobie. 12.
Subito patefacto mysterij celestis honore: voce raphaelis angeli attoniti: tobis et tobias colapsi in terrā pruerūt: vocē tremulā penitus occultarūt: quia vocem insolitā audierunt. Quid meruistis pater tobis filiusqz tobias? Mercennariū habere celestem: et tanqz operarium locare terrestrem? Lelauit vobis angelus nomen: Azarias sum inquit ananię magni filius: et non dixit: Ego sum raphael angelus. Lelauit in primo nomine dignitatem: ne faceret locatori terrore. Si em̄ diceret: Ego sum angelus: nō esset tobic mercennarius. Seruata est dignitas nomis: vt postremo magnitudo claresceret dignitatis. Videte charissimi quātū sit elemosynę meritū. Angelū meruit habere operariū. Videtis quātum pficit mortuos sepelire: vt oblatio eius p angelū raphaelē ad celestē ascenderet maiestātē. Videtis quia elemosyna a morte liberat: et ipsa purgat peccata. Facit purgationē oculorū: liberat a tenebris peccatorū. Tobis via sua deducit: Sara tot viris pristata p angelū matrimonio copulat.

Tobie. 5.
Lelauit vobis angelus nomen: Azarias sum inquit ananię magni filius: et non dixit: Ego sum raphael angelus. Lelauit in primo nomine dignitatem: ne faceret locatori terrore. Si em̄ diceret: Ego sum angelus: nō esset tobic mercennarius. Seruata est dignitas nomis: vt postremo magnitudo claresceret dignitatis. Videte charissimi quātū sit elemosynę meritū. Angelū meruit habere operariū. Videtis quātum pficit mortuos sepelire: vt oblatio eius p angelū raphaelē ad celestē ascenderet maiestātē. Videtis quia elemosyna a morte liberat: et ipsa purgat peccata. Facit purgationē oculorū: liberat a tenebris peccatorū. Tobis via sua deducit: Sara tot viris pristata p angelū matrimonio copulat.

Tobie. 12.
Videtis quia elemosyna a morte liberat: et ipsa purgat peccata. Facit purgationē oculorū: liberat a tenebris peccatorū. Tobis via sua deducit: Sara tot viris pristata p angelū matrimonio copulat.

In eadem dominica: De faciēdis elemosynis: Sermo II

Sermo CC. XXVII.
Asciēdis elemosynis fratres charissimi: charitatē vestram admonui et cōsiliū dare psumpsi. Et licet apud plures deo inspirante profecerit admonitio nostra: timeo tamē ne sint aliqui q aut min⁹ faciant qz possint: aut nec forte faciant. Sed dicit aliquis: Pauper sum: ideo elemosynā dare non possum. Et nullus se pauper excusare posset: dominus et saluator noster pro calice aque frigidę mercedē se redditurū esse promissit. Dicitis ergo: Pauper sum. Si nihil

amplius habes in substantia tua qz tibi aut in victu aut vestitu rationabili aut mediocri sufficiat: sola tibi potest bona voluntas sufficere. Sed rogo te: diligenter conscientiam tuam interroga: ne forte aliquotiens p ebrietatem perdas quod p elemosynā dare poteras: ne forte p gulam studeas in terra consumere qd per elemosynā debueras in celū recōdere: Ne forte delicias pparando ornamenta ad luxuriam comparando: non habeas quod p remedio animę tuę possis pauperibus erogare. Et cum preciosę vestes nostrę a tineis soleant deuorari: pauperes nec vilia vestimenta merent accipere. Si ergo ista omnia impedimēta non aggrauant animā nostrā: et hoc solum habemus qd nobis vel nostris sufficere possit: non apparebimus rei si elemosynam pauperibus nō erogam⁹. Si vō vt iā dictū ē: frequēter luxuria deuorat qd misericordia in celo thesaurizare poterat: corrigamur dum tempus est: et quod bucusqz aut non fecimus: aut forte minus qz oportuit fecimus: implere totis viribus studeamus. Et ideo o anima christiana quę me cū audis et legis: adiua te consilio sanctissimi danielis. Sic enim ait: Consiliū meū accipe et peccata tua elemosynis redime. Qd cōsiliū si non libenter audieris: ad celum sine causa pulsabis. O anima quę intra carnos et fragiles parietes habitas: vigila: ora: pete: quere: pulsa. Vigila in quā petendo: ora quere: pulsa operando. Vigilanti tibi et petenti: responderet dominus: Ecce assum. Si transferis per ignem tecum est dominus tuus: et flamma non ardebit in te: quā sicut aqua extinguit ignem: sic extinguit elemosyna peccatum. Si ergo aperueris pauperibus manus tuas: christ⁹ tibi aperiet ianuas suas vt paradisi possessor introeas. Si forte putas qd finis mundi tardius veniat: vel tuum considera finem. Ecce paulatim deficit mundus: subtrahunt omnia bona quę fuerant: et accedunt mala quę non erant. Quotidie quod pdixit dei sermo completur: et nec sic homo mutatur. Accipe ergo consiliū: dum in manibus tuis habes pecuniam tuam. Dona tibi de tuo dum tuum est: quia fragile est quod tenes: et ceterorum est quod attendis. Considera quale pro te precium dederit dominus tuus: Sanguinem fudit. Charum te habuit: quem tam charo precio comparauit. Diuitis purpurati fuge

frater exemplū: cuius canes pauper lazarus
suis vulneribus pauit: et micæ cadentes de
mensa diuitis non accepit. Sed post non
longum temporis interuallū: mutatae sunt
vices. Pauper beatitudinem emit mendici-
tate: et diues supplicium facultate. Ille in
abrahæ gremio ab angelis eleuatur: diues
vero ad inferni profunda perducit. De quo lo-
co vidit diues pauperem: imo iam pauper
diuitem. Desiderat guttam: qui negauerat
micam. Hæc ergo cogitent diuites: qui facul-
tatibus suis se redimere nolunt: ne similia
patiantur. Diues fuit ille de quo nunc loqui-
mur: Sunt et hic diuites ad quos nunc loqui-
mur. Unius sunt nominis: caueant ne sint
vnius conditionis. Ergo inter diuites pur-
puratum et lazarus vlcerosum mutatae sunt
vices. Diues perdidit quod habebat: pauper
cepit eum quod non erat. Diues ille in seculo apo-
thecas plenas reliquerat: et in inferno guttā
ardens petebat et impetrare non poterat. At-
redite fratres. Totum diuitis corpus flam-
mis gehennæ consumit: et sola lingua ampli-
us cruciatur. Ideo sine dubio in lingua maio-
rem sentit ardorem: quia per eam superbe lo-
quendo contempserat pauperem. Ipsa enim
lingua quæ noluerat dicere ut elemosyna pau-
peri donaret: grauius gehennæ flammis exu-
ritur. Lamauit enim et dixit: Pater abrahā
mitte Lazarum ut intingat digitum suum
et refrigeret linguam meam. O diues qua fron-
te queris guttam: qui noluit porrigere mi-
cam? Iuste nunc exigeres si dedisses. O mi-
di bona: apud inferos mala. Accesserunt ad
seruitium diuitis ignes: et ad obsequium se-
ui torrores. Patitur duos tartarorum mi-
nistros. Torquetur et clamat: O iuste et inte-
ger iudex vel secundum peccata mea compensen-
tur supplicia ista: vel contra spacia annorum
meorum quibus habui bona: mala recipiam:
aut certe in duplum vel quadruplum. Cur
per tot milia annorum me teneri iubes in fla-
ma? Peccatorum meorum sum nexibus alligatus
ne fugiam. Per momenta compungor ut doleam.
Sequit in me ignis et non parcat: cruciat et re-
seruat: nec totum est quod puniat: cui seruum
est quod ignoscit. Post illas lamentabiles voces:
potuit ei sine dubio responderi: Quid faciam tibi?
Elemosynas non fecisti: quæ peccatorum tuorum
penas extinguerent. Lamauit tibi scriptura et non
audisti: propheta non tacuit: apostolus prædicauit:

euangelium tonuit. Annuntiatus est supplicium
impiorum: iustorum premium est repromissum.
Tu umbras et nebulas seculi huius tenere
te credens: diuina precepta velut inanes fa-
bulas respicisti. Interueniant pro te pau-
peres: et quicquid petieris dono. Sed ius-
to iudicio vicem tibi reddo: Quia iudicium
sine misericordia ei qui non fecit misericor-
diam. Non tibi poterit prestare iusticia mea:
nisi quod merentur opera tua. Sine cau-
sa mortuus in potestate aliena positus cla-
mas: qui eo tempore quo potuisti cum me
videres in paupere cecus eras. Fratres mei
manu dei formati: magno mecum precio
comparati: audite consilium domini dei no-
stri: implete desiderium pontificis vestri:
ut cum ipso accipiatis hereditatem in re-
gno patris vestri. Ex seruo factus es ami-
cus. Contemne quod natus es: fac tibi vicem
cum christo. Quare non accipiat partem de
substantia tua: qui tibi premia preparauit eter-
na? Quare non accipiat vel decimum: quod con-
tulit totum? Contra terrenum patrimonium:
deus offert celum. Sic enim ait: Venite be-
nedicti percipite regnum: quia esuriui et dedi-
stis mihi manducare. Tunc vos si modo ele-
mosynas largiter fideliterque facitis: feliciter
dicere poteritis: Domine quando te vidi-
mus esurientem: et ministrauimus tibi? Quid
est hoc fratres? Conuenit fidelis debitor: et
creditor excusant? Tunc vobis respondebit
pater: dominus et amicus: cum quo fecistis
celestem commercium? Adiu fecistis vni ex mi-
nimis meis: mihi fecistis. Nonne ego que
accipit terrena: accipit? Celestia reddam: da-
bo eternum premium: et ad partem dexteram
regnum. Non quia non peccastis: sed quia
peccata vestra elemosynis redemistis. Ro-
go vos fratres ut ista recipiant in animis ve-
stris: et ita proficiat peregrinis: ut ante tribu-
nal eterni iudicis et mihi per benigna admo-
tionem venia: et vobis pro elemosynarum largi-
tate eterna gloria tribuatur: prestante do-
mino nostro iesu christo: cui est honor cum
patre et spiritu sancto in secula seculorum:
Amen.

Item in eadem dominica: Dome-
lia de eo quod scriptum est in euangelio
in Mattheum: Nemo potest duo
dominiis seruire etc. que habet
li. ij. de sermone domini in more. ca. xv.

Jacobi. 2.

Matth. 23.

Abi. 3.

Matth. 6.

Ser. CC. XXVIII. Dñica XVI. p' Trinitatis: Ser. I.

Sermo Dominica sextadecima: de Iudith
CC. XXVIII. Sermo I

A Non sufficit mortalis eloquentia iu-
storum omnium orationes eximias
atq; triumphos grauidasq; referre
virtutes: quas omnipotens deus dedit eis
quibus solet conferre victoriam: qui viros
ac feminas vigere pmisit: qui et flammā ca-
mini refrigerio dispersit: et insidiosos exerci-
tus capite sublato nudauit. Nam cū holo-
fernes ille filiorum israel: imo sui capitis ini-
micus exterarū gentium sibi ius vendicaret
atq; obsidione armis ignibus quoq; pugna-
ret: nec non et multarū gentium campos ca-
nis messibus oneratos in cinerem pascende
flamma conuerteret: iudith sanctissima cu-
ius p̄cibus patuit celum: oratiōis arte arma
victoria fabricauit: quibus aduersa cōstige-
ret: et pauescentes viros femina vindicaret.
Judith. 2.
Judith. 7. Squalebat ciuitas: obsidione barbarę feri-
tatis. Ita em̄ vniuersa languebat vt in ma-
nibus hostium iam tradi cōmodius iudica-
rent q̄ perniciosę famis populatione vera-
ri. Ecce iudith post p̄cem et saccum: post ci-
nerem ad cultus puellares redit: spes om-
niū populorū procedit: sollicitos populos
redditura securos sua sapientia consolaf: q̄
promittens victoriam quam omnis natio
miraret: portam sibi paululum remotis obi-
cibus postulat aperiri. Prodiit secura vni-
puelle comiratu cōtenta: et hostium securis
gressibus pperauit in castra. Intra muros
sollicita fuit: secura sit dum ad timenda per-
uenit. In qua femina insidiosę pulchritudi-
nis nouitatem hostilis exercitus vebemen-
ter expauit: vt in eius obsequio vires amit-
terent: arma p̄icerent: et colla curuarēt. De-
ducit ad p̄torium subiectis ordinibus fraus
holofernis: et lugentis victoria ciuitatis.
Quā cū videret holofernes solut⁹ ē sensib⁹:
animā cum capite perditurus. Jacuit enim
dedecus iuuenum mulieris vultu captiu⁹:
licuit mulieri exarmare iuuenes: et debellare
victores: sollicitam defendere ciuitatem: et
barbarum subvertere bellatorem. Decepit
sincera corruptū: sefellit casta pollutum: pu-
dica perimit adulterum: sobria iugulat ebi-
osum. Illa enim tam barbaros animos in-
sidiosi sui vultus fraude confuderat: vt cum
ligaret multarum arte fabularum: vt redde-

ret inter exercitus victum: et inter arma ca-
ptiuū. Paraf conuiuū regi: iudith interesse
iubetur. Illa consentit vt vincat: accedit ad
cōuiuū: nihil de cibis aut de poculis hostili
gustatura: quę suis vtensilibus voluit esse
contenta. Quis ille bellator armorū tam ca-
stissimę femine male sanus attēderet vultū:
illa tñ q̄re venerat de eius capite cogitabat:
quo sublato defectis ciuib⁹ s̄ueniret: et mul-
ta capita tueref: defenderet: vindicaret. At
vbi conuiuū sagina fines excessit: et grauis
calicibus somnus successit: vidēs iudith ini-
mici corporis inclinatās ebrietate ceruices:
surgens ipsi⁹ cruentum arripuit collum: co-
mam quoq; barbari capitis manu occupa-
uit: domiue inquit cōfirma brachium meū.
Et percussit tertio in collo eius: et amputauit
caput eius. Exiens foras tradidit puellę ca-
put holofernis: et misit illud in perā. Et post
pusillū exiuit foras quasi ad orationē fm cō-
suetudinem. Ecce castitas. Orationis fauo-
re castitas pudorem p̄pium seruauit inta-
ctum et quietum: deceptiq; alienum. Jacet
inclusum cadauer: et iam foris est caput. Cū
palmifera castitate iudith ad ciues sollicitę
festinat: nec prohibet regressu: cui quasi ad
orationem ante ire fuerat cōcessus. Jam re-
cipit attonita ciuitas tantę victoris reditus
triumphales: iam luctus conuertunt in gau-
dium: iam porte plenissima securitate pan-
dunt: iam pendet muris victoribus caput.
Omnis erat in ciuitate victoria: et i hostilib⁹
castris tremor erat et fuga. Iudith in ciuita-
te euz securis secura. Tbi enim assiduis pul-
satur orationibus celum potentia semp cal-
catur armorum. Ecce gloriose femine castita-
tem seruauit oratio: et hostem seruare nō po-
tuit multitudo. Lugentem ciuitatem vna
femina valuit vindicare: et tantus exercitus
regem nō potuit custodire.

In eadem dominica: de Iudith:
Sermo II

Quicūq; bellic⁹ rumo: terribili fa-
ma crebescit: aut horrifono tubarū
clangore vel rauifono eris cantu in-
crepauerit letiferum murmur: feminis ac de-
bilibus formidolosa imago mortis occurrit:
intrepida virozū fortium pectora solent lau-
dis amore flagrare: atq; bellica sorte vbi su-

nesto imbre densati gliantes mortifera ob-
 umbratione texerint partes consertas sub-
 stridulo telorum cursu euentu iam errantes
 letifero: precipiti ardore triumphales propin-
 quant ad palmas: Judith bellator animus
 alienum pectus obsedit. Illa abiecta formi-
 dine feminaru: victoriam in periculis que-
 rens: nec mortē in periculis timuit: nec am-
 biguitatem formidauit. Cum igitur bethu-
 lie menia holofernes hostili obsidione calca-
 ret: et auertēs tractus aquarum: prima indi-
 ceret certamina siccatem: iudith flens sui
 conjugis fcedera acerbo discidio rupta lugu-
 bri lamentatione seruabat. Quę vt reperit
 captiuandę ciuitatis inducias postulas:
 mox ei priuatum dolorem congeminauit ci-
 uitatis cōmunis dolor. Quę exorata cōsur-
 gens abluo aqua corpus suum: imponens
 sibi ornamentū: pendulas aureas diuitias
 suspendit: et manib' lapillos circulos splē-
 dentes induxit: fluentes sinus purpureę ve-
 stis gemmato collegit pectore: casto vultu
 prius dimicatura q̄ ferro. Aboniliū tela pu-
 dou semp aduersa hostem ferire didicerunt.
 Sentis suę vindex sumpsit ornamentorū ar-
 ma: non de bello nuptias subitura: sed de ci-
 uitate bellatrix. pcedit sponsa. Nec fuit leui-
 tas ornatus: qui ad homicidium tanti capi-
 tis aptabatur. Pergit diuino spiritu ducta:
 et singularis ancille solatio contenta. Speci-
 es custodit quę blandit: et ne violenter pud-
 icia custodita ledatur: holofernem alloqui-
 tur: vt desiderium inane concipiat: Ego in-
 quit ancilla tua: misit me dominus deus fa-
 cere rem in qua mirabilis omnis qui audierit
 eam: quoniā ancilla tua deum celi obseruo:
 et nunc ibo per noctem et orabo ad dominū
 celi: et nunciabit mihi quando faciet hęc: et
 ducam te per mediam iudeam et ponam se-
 dē tuaz in media ciuitate: et canis nō mutiet
 lingua sua contra te: quoniā hęc mihi osten-
 sa sunt a domino. Non docuit pudica men-
 tir: non intelligentibus dixit: perfecit acti-
 bus quod pmisit. Dum regi alto sermone
 imaginarijs verbis blanditur: bellator ani-
 mus lasciua soluit: in amore armorum tor-
 pēt vires innumerabiles militū: luxu regis-
 co nuptiarum pompa nullo nubente con-
 struitur: cuncti ebrietate soluunt. Non deli-
 cata matrona pugnavit: sed sopor tibi quę
 ferias pparauit. Constructo thalamo consci-
 tatur ad ducem pronū amore: victum som-

no: elisum virū i stratu: bellatoris crines im-
 plicuit pulchritudine digitor: post teneriti-
 dinē fusi eboni capulum querit. Aduro ma-
 tronā nō terruit s̄ armauit: q̄ ita pugnavit.
 Coruscus ensis caput abstulit hosti: psoluit
 in patrijs mēibus victoria suspendit. Ar-
 mis stupentibus cunei densant: p̄postero
 ordinē triumphant. Sequit bellum: vino su-
 si: soluti somno: in certamē nec clamore: pro-
 uocante consurgunt: tegunt armis coruscā-
 tibus montes. Quid alienigena fremis?
 Quid bella componis? Quid aciem paras
 habens quem in cubiculo queras? Omnem
 varium furoris impetū retine: tantū vobis
 reliquimus ducem: agnoscendā partem ha-
 bem' in porta pendentē. Tantā animus de
 deo suscepit largitatem: quātam credulitas
 sibi poterit vendicare.

Item in eadem dominica: Dome-
 lia de eo quod scriptum est in euan-
 gelio s̄m Lucam: Ibat iesus in ciui-
 tatem quę vocat Naym etc. quę ha-
 bet inter sermones de Verbis do-
 mini. xliiij.

Feria quarta de eo quod scriptum
 est in euangelio s̄m Mattheū: Cum
 venisset iesus ad turbas accessit ad
 eum etc. Et de ieiunio et oratione:
 Sermo I

Duersus demonum nequiciam quę
 a nobis dominus arma ostendit de-
 bemus vtiq; retinere. Hoc ait ge-
 nus in nullo eicitur nisi oratione et ieiunio.
 Hęc cum plena fide exercent: pietas est. Pie-
 tas autem ad omnia utilis est: pfessionē ha-
 bens vitę p̄sentis et future. Inspiciamus
 ergo vtiliter orationis fructus et ieiunij: quā
 ipsa sunt arma aduersus improbas cogita-
 tiones. Ieiunij purgat mentē: subleuat sen-
 sum: carnem spiritui subijcit. Ieiunij cor fa-
 cit contribulatum et humiliatū quod deus non
 spernit. Ieiunij cōcupiscentię nebulas dis-
 pergit: libidinum ardores extinguit: castita-
 tis verum lumen accēdit. Ieiunium verbo-
 sitatem non amat: diuitias supfluitatem in-
 dicat: superbiam spernit: humilitatē cōmen-
 dat: p̄stat homini seipsum intelligere quod ē
 infirmum et fragile: atq; dum ita se intelligit
 imbecillem: aptiorem virtutē dei adiutorem

Ser. CC. XXX. Feria quarta p' dñicā XVI. Ser. I.

quirit et accipit. Augrit aut per frequentes orationes: et obsecrationes. Oratio quidem refectio est ieiuniorum: aduocat gratiam spiritus sancti. Oratio duritiā cordis mollit: austeritatē temperat: ieiunium dulcificat. Sicut enim sine potu non est plena refectio: sic et ieiunium sine oratione non potest animam perfecte nutrire. Quid autem oratio nisi ascensio animę de terrestribus ad celestia: inquisitio supernorum: inuisibilium desiderium? Abeat discensio secularium morum quibus premitur mens humana quotidie. Oratio coniunctio spiritui sancto: si tamen orationi intēsus sit animus: sicut clamat propheta: Sitiuit in te anima mea quę multipliciter tibi et caro mea. Quid autē sciendū est sequitur: Ut videat virtutem. Credite mihi si ad videndam plenam virtutem dei: plene sitiant anime humane substantię: nec fastidio victa dissimulet: replebitur adipe pinguedine spiritali. Et sitiens illam dei visitationem sensu proprio cum fide clamabit: Adhęsit anima mea post te: suscepit me dextera tua. Ieiunium inertiam tollit de anima: impedimēta carnalia auferet. Oratio vero perseverans insigat deo atq; ita gaudens assistere se domino gloriatur. Adhęrens autem anima deo incipit securitatem habere et libertatē: nec pauores sustinet timoris. Suscepta anima tanto patrocinio dextere dei: quomodo poterit noceri ab aliqua potestate? Sicut scriptū est: quod nemo illud rapit de manu patris: hoc prestat ieiunium: hoc prestat oratio.

Sermo Dominica decima septima de Ebrietate vitanda: Sermo I

Alter peccatio christo fratres charissimi mi credā vos ebrietatis malum velut inferni foueam expauescere: et non solum ipsi non velitis amplius bibere: sed nec alios adiurare vel cogere plus quam oportet accipere: tamē non potest fieri nisi sint alii qui negligentes qui sobrii esse non velint: Vos qui semper conuiuia sobria exhibetis nolite ad nostram iniuriam reuocare: quia nobis necesse est aliquos ebriosos arguere. Cum enim fratres charissimi ebrietatis malum sit graue vitium et deo odibile: ita per vniuersum mundū a pluribus in consuetudinē missum est: ut ab illis qui dei precepta cognoscere nolunt: iam nec putetur uec credat esse


peccatum: intantum ut in conuiujs suis irrideat eos qui minus bibere possunt: et per inimicā amicitiam adiurare homines non erubescunt ut potum amplius accipiant quam oportet. Qui enim alterum cogit ut se plus quam opus est bibendo inebriet: minus malū ei erat si carnē eius vulneraret gladio quam animā eius per ebrietatem necaret. Et quia corpora nostra terrena sunt: quomodo pluuia nimium grandis et diuturna si fuerit: terra infundit et in lutum resoluit ut nulla in ea cultura possit fieri: Sic et caro nostra quando abundantiori potu fuerit inebriata: nec spiritalem culturā accipere: nec fructus anime necessarios poterit exhibere. Et ideo quomodo omnes homines sufficientē pluiam in agris suis accipere desiderant: ut et culturam valeant exercere et de fructuum ubertate gaudere: ita et in agro corporis hoc tamen deberet bibere quod oportet: ne per nimiam ebrietatem ipsa corporis terra velut in paludem conuersa: magis vermes et serpentes vitiorum generare: quam fructus bonorum operum possit afferre. Omnes enim ebriosi tales sunt: quales paludes esse videntur. Quod enim in paludibus nascitur: non ignorat charitas vestra: totum quod ibi nascitur: nullum fructum habere cognoscit. Nascuntur ibi serpentes: sanguisugę: Nascuntur ibi rane et diuersa genera vermium: que magis horrore possunt generare quam aliquid quod ad victum proficiat exhibere. Istę enim herbe vel arbores que aut in ipsis paludibus aut circa ripas earum nasci solent: nihil utilitatis habere videntur: intantum ut in annis singulis incendio concrement. Videte quid de ebrietate nascitur igni preparatur. Tales enim sunt sicut iam dixi omnes ebriosi: quorum prandia ducunt usque ad noctem: quorum cęnas lucifer videt: qui stare non possunt: etiā cum videntur esse ieiunij: quorum sensus tardi: graues: obtusi et quodāmodo iam sepulti. Denique in ipsa frequēter ebrietate nec seipsum nec alios recognoscunt: nec ambulare valent: nec stare: dicere aliquid vel audire quod ad rationē pertinet: oino non possunt. Frequēter etiā usque ad vomitum ingurgitare se non erubescunt et ad mensuras sine mensura bibere. Abiura enim pocula pudent: certa bibendi lege contenti: qui poterit vincere laudem meret ex crimine. Inde lites et rixę nascuntur: inde diuersis et horrendis saltationibus membra torquentur: inde adulteria et nonnumquam homicidia

Her. CC. XXXI. Dñica XVII. p' trinitatis: Her. I.

ppetrant. Et quotiens nimium potum acci-
 puit: tanquam i paralytici resoluit dum suis pedi-
 bus ambulare non possunt: sedissima latera
 aliorum manibus portant ad lectum. Et e in
 illis oculoꝝ caligo: strigo: fatigatio et dolor
 capitis: suffusio vultus: membrorum omnium
 tremor: anime ac mentis stupor. In talibus
 implet quod scriptum est: Cui vix: cui tumultus:
 cui ire: cui rix: cui sine causa vulnera: cui suffo-
 sio oculoꝝ: Et tunc bis qui morantur in vino: et
 eis qui inuestigant ubi potus fuit et student
 calicibus epotandis. Sed illi qui tales esse vo-
 lunt miserabiliter se excusare conantur: dicen-
 tes: Ingratum habeo amicum meum si quotiens
 illum ad conuiuium reuocauero: potum ei qua-
 tum voluerit ipse non dederit. Et non sit tibi
 amicus: qui te deo vult facere inimicum: quod
 et tuus et suus est inimicus. Si et te et alium in-
 ebriaueris: habebis hominem amicum: habebis
 deum inimicum. Et ideo sapienter considera si
 iustum sit ut te a deo separet: dum te ebrio-
 so coniungis. Ad extremum tu eum noli adiu-
 rare: noli cogere: sed i potestate illius dimit-
 te: ut quantum sibi placuerit bibat et si se in-
 ebriare voluerit vel solus pereat et non am-
 bo pereatis. Infelicitas generis humani
 est multi inueniuntur qui ebriosos et luxuriosos
 amplius quam oportet cogunt bibere: et ante ostium
 pauperibus petentibus vel unum calicem
 dissimulant dare: nec attendunt: quia illud quod
 luxuriosis vident ingerere: christus in pau-
 peribus deberet accipere qui dixit: Quod feci-
 stis vni ex minimis meis: mihi fecistis. Sed
 qui tales sunt quando alios in nimio potu
 sepeliunt: pauperi elemosinam petenti dicunt:
 vade vade inante: et dabit tibi deus: et utique
 dum ambulauerit homo ei daturus est. Quid
 est ergo quod dicit: vade inante et dabit tibi de-
 us: nisi vade ad illum hominem qui habet deum:
 quia daturus est deus? Ac sic ore suo ipse con-
 fitetur apud se deum non esse quo inspirante
 possit erogare pauperibus. Rogo fratres
 charissimi diligenter: attendite et videte: quia
 quando animalia ducuntur ad aquam ubi sa-
 tiauerunt sitim suam: etiam si supra aquam
 ipsas diutius teneant repleta siti bibere no-
 lunt omnino: nec possunt. Considerent ebrio-
 si si non peiores animalibus iudicandi sunt.
 Cum enim animalia amplius quam eis opus est
 bibere nolunt: illi et duplum et triplum quam eis
 expedit potum accipiunt. Et vnde trium aut
 quattuor dierum refectionem potuerat ratio-

nabilem habere: vno die cum grandi pecca-
 to contendunt perdere potius quam expendere
 propter inuidiam aut ebrietatem: atque uti-
 nam potum tunc modo perderent et non etiam
 ipsi periret. Quantum mali in se habeat ebie-
 ritas: rex magistrum piscorum cruci appendi fe-
 cit propter inuidiam aut ebrietatem. Popu-
 lus autem iudeorum de quo scriptum est: Sedit
 populus manducare et bibere et surrexerunt
 ludere: postquam vinum plus quam oportebat ac-
 cepit: idola sibi fabricari fecit: et i honore ipso-
 rum idolorum cepit frenetico choro ducere mo-
 re: diuersis saltationibus membra torquere.
 Herodes quoque ubi nimio vino cocaluit: ad
 vnius puelle saltationem sanctum iohannem ba-
 ptistam interfecit. Quid adhuc de ebrietate
 malo nascatur: spiritus sanctus per salomonem te-
 statur dicens: Vinum inquit et mulieres apo-
 statare faciunt a deo sapientes: et arguunt sen-
 satos. Et iterum: Ne intuearis vinum quia
 do stauescit: cum splenderit in vitro color eius.
 Ingredere enim blande et in nouissimo morde-
 bit ut coluber: et quasi regulus venena diffu-
 det. Oculi tui videbunt extraneas: et cor tuum
 loquetur pueria. Paulus etiam apostolus con-
 tra ebrietatis malum nos admonet dicens:
 Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Item
 atque iterum quid mali in se ebrietatis ha-
 beat: eis qui illam diligunt sanctarum scriptu-
 rarum testimonijs euidenter ostendimus. In
 salomone scriptum est: Qui amat vinum et
 pinguis non ditabitur. Et iterum: Noli regi-
 bus dare vinum: quia nullum secretum est ubi
 regnat ebrietatis: ne forte bibant et obliuiscan-
 tur iudiciorum dei: et mutant causam filiorum
 pauperum. Item hic ait: Operarius ebrio-
 sus non locupletabitur. Et iterum: Vinum si
 bibas moderate eris sobrius. Item illic: Vi-
 num in iocunditate creatum est: non in ebie-
 ritate ab initio. Exultatio anime et corporis vi-
 num moderate potatum: et sanitas corporis et
 anime. Vinum multum potatum: ebrietatem an-
 mositas: imprudentis offensio: minorans vir-
 tutem et faciens vulnera. Sed quando ista sug-
 gerimus forte irascunt contra nos et murmu-
 rant ebriosi: et quis non desint qui irascunt:
 deo tamen propitio multi erunt qui libenter
 salubre consilium audientes: de isto tam gra-
 ui peccato per dei misericordiam liberabunt.
 Ipsi tamen quod propter coalumniam et amicum suam ebie-
 ritatem loquentibus irascunt: libera a nobis voce
 audiatur: quia quicumque ebriosus penitentiam de ipsa

1702. 8
 Eccl. 40.
 Exo. 32.
 Matt. 14.
 Eccl. 19.
 Prover. 23.
 Ep. 5.
 Prover. 21.
 Prover. 31.
 Eccl. 19.
 Eccl. 31.
 Abi. 5.



Sancti Augustini de tempore

non egerit sed vsq; ad mortem suam in ipsa ebrietate pmāserit: in eternum profecto peribit: quia non mentis spūsanctus: per apostolum dicens: Nec ebriosi regnum dei possidebūt. Et ideo quicūq; sunt ebriosi: melius faciunt vt non nobis sed sibi potius irascantur: et cum dei adiutorio de luto fecis se excutiant: vel de cloaca ebrietatis: dum adhuc tempus penitendi est festinent quanta possunt celeritate deo auxiliante consurgere: et totis animę viribus cum ppheta supplicantes domino dicant: Eripe me de luto vt nō inheream. Et illud: Non me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profundum neq; vigeat sup me puteus os suum. Ebrietas em̄ quasi inferni puteus quoscūq; susceperit nisi digna subuenerit penitētia: et emēdatio fuerit subsecuta: ita fortiter sibi vendicat vt eosdem ipsos de inferni tenebroso puteo ad charitatis vel sobrietatis lucem redire sine penitētia non pmittit. Sed hic ante omnia intelligere et scire debemus: quia nō vna die efficiunt homines ebriosi: sed cum paulatim adiurantibus et cogentibus crudelissimis inimicis potiusq; amicis: per singulos dies singulos sibi aut binos calices ad potum consuetudinariū addunt. At vbi hoc in vsum miserint: ita eos ipsius ardor ebrietatis occupat vt illos semper sitire compellat. Sed qui se de hoc malo desiderat liberare: quomō sibi interuallo dierum potū addendo ad ebrietatis tenebras puenit: ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis lucē redeat. Qui si semel totum qđ amplius accipiebat subtraxerit: vbi nimia siti cęperit exardescere cum grandi amaritudine clamat et dicit: Aballe se mori qđ sibi bibendi vel inebriandi consuetudinē tollere: Nec attendit qđ tolerabilius erat illi i carne mori qđ in anima per ebrietatem interfici. Et ideo vt nec ardorem nimis patiatur: et de tam graui malo quod patitur libere: sicut iam dictū est: per interualla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat quousq; ad rationabilem bibendi consuetudinē redeat. Qui hoc ita vt diximus p partes subducere voluerit: et de ebrietate liberabit: et illam intolerabilem penam non patiet. Ergo fratres charissimi dū hęc suggero: me absoluo apud deū. Quicūq; me audire cōtempserit: et ad bibendum pronus fuerit: vel in cōuiuio suo alios adiurare vel cogere voluerit: et pro se et pro

illis i die iudicij reus erit. Et quia qđ peius est: aliqui etiam clerici qui hoc deberēt prohibere: ipsi cogūt bibere aliquos plus qđ expedit. Amodo incipiant et seipfos corrigere et alios castigare: vt cum ante tribunal xp̄i venerint: nec de sua nec de aliorū ebrietate incurrant supplicij. Sed magis dū et ipsi se emendāt et alios castigare non cessant: peruenire ad eternum prēmium mereant. Et illud ante omnia rogo: et per tremendū diem iudicij vos adiuro: vt quotienscūq; vobis inuicē cōuiuia exhibetis: illā sedam cōsuetudinem per quā grandi mensura sine mensura tres homines aut volentes aut inuiti solebāt bibere: tanq; venenum diaboli de vestris cōtutis respuatis: quia ista infelix cōsuetudo adhuc de paganorū obseruatione remansit. Et quicūq; hoc in suo cōuiuio aut alieno fieri acq̄ieuerit: diabolo se sacrificasse nō dubitauerit. De qua bibitione non solum anima occidit: sed etiā corpus debilitat. Sed credo de dei misericordia qđ ita vobis inspirare dignabit: vt tā lugendū et etiā erubescendum malū ita vobis in horrorem veniat: vt illud nunq; fieri permittatis: sed quod in illa ebrietate periturū erat: in pauperū refectionē proficiat: prestante domino nostro Iesu christo: Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus in secula seculorum: Amen.

In eadem dominica de ebrietate vitanda: Sermo. II

Requenter charitatem vestram: fratres charissimi: paterna pietate ammonui: vt ebrietatis malum tanq; inferni foueam vitare vel fugere deberetis. Et licet apud plures pficeret castigatio: qđ multi tñ sunt qui nec deum timent: nec eos qui honesti sunt vel sobrii reuerent: et tamē bibunt vt interdum necesse habeant viscera nimio potu plena p vomitum relaxare: et tanq; fractę et naufrage naues: ita ipsius ebrietatis fluctibus fatigantur vt nec vbi sunt recognoscant: et dicere aliud uel audire quod ad rationem pertinet omnino nō valeant. Illud vero quale est qđ ipsi infelices ebriosi qđ se nimio vino ingurgitant ridēt et vituperant eos qui rōnabiliter hoc tñ qđ sufficit bibere volūt: dicētes eis: Erubescite et verecundia sit vobis: quare non potestis

bibere quātum nos. Dicunt em̄ eos nō esse viros. Et videte miserā ebriosorū. Se dicūt esse viros qui in ebrietatis cloaca iacent: et illos non dicunt esse viros qui honeste et sobrie stant. Facēt pstrati et viri sunt: stant erecti et viri non sunt. Victor ebrietatis vituperat: et victus ebrietate laudat. Irridet sobrius qui et se et alios potest regere: et nō irridetur imo non plangit ebriosus qui nec se nec alios potest agnoscere. Solent ebriosi ita se excusare velle vt dicant: psona potens me coegit vt amplius bibam: et in cōiuiio regis nō potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista p̄tendimus: et qd̄ implere nolumus non potuisse nos dicimus. Nolle in culpa est nostra et nō posse p̄tendit. Etiam si ad hoc veniret: vt tibi diceret: Aut bibas aut morieris: melius erat vt caro tua sobria occideret q̄ p ebrietatem anima moreret. S; excusatio ista falso obijcit. Ip̄i enim reges et quicūq; sunt alij potentes: q̄a deo pp̄tito et christiani sunt et prudētes et sobrii: et toto corde deum timētes: si te viderēt defuisse eis nō acquiescas pro timore dei ebriari: si tibi s̄ hora videant irasci: postea de te in grandi admiratione suscipiunt dicentes: Quātum cum illo egimus: quantis eum minis et terroribus fatigauim⁹: et tamē nunq̄ cum a sobrietate separare potuimus. Nam et deus qui te videt per eius amorē in ebriari non velle: ipse tibi gratiā etiā illorū dabit qui te vt amplius biberes videbant hortari cogere. Nemo dicat fratres charissimi: q̄ in istis temporibus martyres nō sint: quotidie martyres fiunt. Martyr em̄ testis interpretat. Quicūq; p̄ veritate testimoniu dederit: et omnes causas cum iusticia indicauerit: quicquid p̄ testimonio veritatis vel iusticie ptulerit: totū ei dominus p̄ martyrio computabit. At sic et ille qui ebrietati resistit: si cū dei adiutorio pseuerare voluerit: et p̄ ipsa ille aliquas ptulerit tribulationes: omnia ei dominus ad martyrii gloriā reputabit. Etiam tamē scire fratres charissimi: cu; dominus habet plures seruos si vel vnum ex illis velit fieri ebriosum. Sine dubio nullus tam malus qui hoc voluerit aliquādo aut velit. Et qua fronte: qua consciētia qui seruū non vult habere ebriosum: ipse vult ebriosus fieri? Ecce de donis dei tu habes seruū: et te habet deus seruū: qualiter vis vt tibi seruiat seruus tuus: taliter et

tu seruire deo tuo debes. Dic mihi rogo te si iustum tibi videtur vt tu habeas seruū sobrium: et deus habeat ebriosum: ac sic te dignum iudicas: cui seruus sobrius seruire debeat? Hęc ergo fratres charissimi diligenter attendite et considerate: quia non est iustum vt faciamus deo qd̄ nolumus nobis fieri. Forte dices: Quomō deo facio qd̄ mihi fieri nolo? Aut quō tibi non placet seruū ebriosum habere: et tu non vis sobrius deo seruire? Ideo enim charissimi tanta infelicitate se inebriant homines: qui putant ebrietatem: aut paruum: aut nullū peccatū esse. Sed pro ista ignorantia maxime sacerdotes i die iudicij reddituri sunt rationē: si cōmissis sibi populis: que vel quanta mala de ebrietate nascūt assidue noluerint p̄dicare. Qui ergo credit ebrietate esse paruum peccatū: si se non emēdauerit: et pro ip̄a ebrietate penitentia; non egerit cum adulteris et homicidis eterna sine remedio illum pena cruciabit: s̄m illud quod ipsi bene nostis beatum apostolū p̄dicasse: Neq; inquit fornicarij: 1. Cor. 6. neq; idolis seruiētes: neq; molles: neq; masculorum cōcubitores: neq; auari: neq; adulteri: neq; ebriosi regnum dei possidebunt. Videte ebriosos cum fornicatoribus et idolis seruiētib; et masculorū concubitorib; et adulteris iunxit: Et illud: Nolite inebriari Eph. 5. vino in quo est luxuria. Et ideo desinat ac deliberet vnusquisq; apud se ebrietatē graue esse peccatū: et tūc aut nunq̄ aut difficile cum ebrietas poterit superare. Luz em̄ non solum in futuro seculo propter ebrietatem torquēdi sunt homines: sed etiam in p̄senti per ipsam ebrietatem multis frequenter infirmitatibus fatigant vel morbum corporis timeant qui de anime sue salute non cogitant: Oculorum suffusionem atq; caliginē: capitis vertiginem et membrorū tremorem expauescant qui inferni supplicia non formidant. Et hęc quidem non solum laicis: sed etiaz clericis dicimus: quia quod peius est: multi sunt etiam maioris ordinis clerici: qui cum alijs sobrietatis bonum deberent iugiter p̄dicare: non solum hoc non faciūt: sed etiam et se aliosq; inebriare non erubescunt nec metuunt. Sed agnoscant et doleāt quicūq; tales sunt: quia si se noluerint emēdare: et pro se et pro alijs necesse est eos eterna supplicia sustinere. Illud vero quale est q̄ iam trāfacto cōiuiio expleta isti cū amplius

Sancti Augustini de tempore

bibere non possint nec debeant: tunc quasi nouelli: quasi et qui ipsa hora superuenerint diuersis nominibus incipiunt bibere: non solum uiuorum hominū sed etiam angelorum et reliquorum antiquorum sanctorum: estimantes quod maximū illis honorem impendant si se in illorum nominibus nimia ebrietate sepeliunt: ignorantibus quod nullus tam grauē iniuriā sanctis angelis vel sanctis hominibus agnoscitur irrogare quam illi qui in eorum nominibus bibendo per ebrietates suas animas perantur occidere. Sunt enim aliqui qui sola ex causa aliqua salsa cibaria sibi ordinant fieri: ut per ipsam falsitudinē nimia se possint ebrietate obnuere. Hec enim si pagani qui deum ignorant faciunt: nec mirandum est: nec nimis dolendum: quia et in deo spem non habent: et antiquam parentum suorum consuetudinē seruant:

1. Petri. 2. Christiani vero quos deus de tenebris duxit ad lucem: de morte uocauit ad uitam: quibus omnes scripturae clamant ebrietate fugere: sobrietate diligere: quare turpissimas illorum ebrietates comitantur: de quorum perniciosa liberari per dei misericordiam meruerunt. Et ideo rogo et per tremendum diem iudicii uos ad iuro: et ut quantum potestis ebrietatis malum auxiliante deo fugiatis: et iam uobis incipiat uerecundum esse quod hucusque gentibus et paganis in ebrietatis turpitudine uos uolueritis scilicet exhibere. Et ideo quod deo propitius illis dissimiles estis in fide: similes esse in ebrietate penitus non debetis: Quia etiam si reliqua peccata Christiani non admittunt: sola eos si frequenter fuerit ebrietas et emendatio ac penitentia non subuenit: in inferni profunda precipitat: secundum

1. Cor. 6. illud quod iam dictum est: Neque ebriosi regnum dei possidebunt. Sed dicit aliquis: Ego regnum dei nolo: eternam requiem tamen obtinere desidero. Nemo se decipiat fratres: Duo enim loca sunt: et tertium non est ullis. Qui cum christo regnare non meruerit: cum diabolo absque dubitatione uilla peribit. Ad extremum qui amico suo nimium propinat: in anima efficitur inimicus: corpus quoque eius debilitare et animam probatur occidere. Melius erat ut illud quod una die plus eum bibere coegit quam expedit: per duos aut tres dies ipsum amicum ad conuiuium reuocaret suum: et unde una die eum nimium bibendo debilitauerat: ipsum in alijs diebus sufficiente potu resciceret: nec potum ille perderet: nec amicum deciperet. Aut certe quod est melius: quicquid nimio potu perditum

erat gula: pauperibus dare in elemosina: ut et caro rationabiliter bibendo resciceret: et per misericordiam pauperum aliquid redemptio prepararet. Et nos quidem istam castigationem non propter eos qui sunt honesti et sobrii diximus: quia cum dei subsidio multos nouimus parca et sobria conuiuia preparare. Et ideo uos qui per dei amore hoc tamen sumitis quod oportet: et quod ebriosi in terra perdit: a uobis per elemosinam in celo reponit. Non uobis sufficiat quod uos honesti et sobrii estis: sed quantum potestis ita castigat et corripit ebriosos: ut eis nunquam liceat uobis presentibus amplius bibere quam oportet: ut dum et ipsi sobrietatem diligitis: et alios per uestram admonitionem ab ebrietatis perditione reuocatis: non solum pro uestra sed etiam pro aliorum salute dupliciter uobis premia in eterna beatitudine preparatis. Et illud quod lugendum et erubescendum est fratres charissimi: quod dicunt aliqui rustici quasi aut uinum habuerint aut alia sibi pocula fecerint: quasi ad nuptiale conuiuium: ita ad bibendum uicinos uel proximos suos inuitare ut eos per quattuor aut duos dies teneant et nimia ebrietate sepeliat: et tandem ad domos suas de illa lugenda potatione non redeant: donec omnem potum quem ille qui eos inuitauerat: habuit: perpendat: et unde se uel per duos aut tres menses cum omni familia sua rationabiliter rescicere potuit: quattuor aut duobus diebus dolenda aut erubescenda bibitione consumat. Ergo fratres charissimi dum hec humiliter et cum grandi charitate per sollicitudinem parua commoneo: absque deum conscientiam meam. Qui deo me libenter audierit et fideliter quod ei predicatum est implere uoluerit: habebit premium eternum. Qui autem pretempserit: timeat ne ei eternum necesse sit sine ullo sine sustinere supplicium. Sed credimus de misericordia dei quod ita omnes ebriosi de ebrietatis malo ad bonum sobrietatis sunt per dei gratiam redituri ut et nobis gaudentium faciant et ipsi feliciter ad eternum peruenire mereant premium: Amen.

Item in eadem dominica alius sermo factus ad fratres in heremo: qui inter sermones ad eosdem habetur xxxiiij.

Feria quarta quattuor temporum occurrentium post festum exaltationis

Ser. CC. XXXIII. Feria III. quattuor tpm: Ser. I.

sancte Crucis: de eo qd scriptum est in euangelio fm Mattheu: Ecce vn⁹ accedens ait illi: Magister bone &c. Sermo

1
Dominus ac redemptor: noster in euangelio suo loquitur dicens: Quis dormit et homines venit inimicus et supersumavit zizania. Inimicus: in figura homo dicitur est. Audi apostolum dicens: Fuitis aliqui tenebræ: nunc aut lux in vobis. Audi homo. Non enim ille dedit tibi tenebras: qui dedit tibi lucem. Quo vadis homo: quo traberis? Quid concupiscitias carnales sectaris: quando audis: Spiritu ambulate et concupiscitias carnis nolite perficere? Audi potius dominum dicens: Ego uertimini ad me et conuertar ad vos. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non erubescunt. Audi homo. Si recesseris a deo: non effugies manum eius. Si autem ad eum accesseris: illico habebis eum quia nusquam recedit. Audi prophetam dicens: Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades. Ubi ergo non est deus quem tu fugis? Adhuc es tu: qui bonum fugis. Adhuc es tu: qui vitam fugis. Inuolueret te vis tenebrarum: ubi te abscondas: sed illuminare non potes: cuius oculi omnia vident. Audi autem apostolum: Quæ fructum habuistis tunc in illis: in quibus nunc erubescitis? Sequitur vox iudicis dicens: Fratres maledicti in ignem eternum: qui parati estis diabolo et angelis eius. Ergo qui fugit deum et recedit a deo: ille confunditur et perit in sua impietate. Ut ergo non pereat tunc: nunc reuertatur ad dominum et illuminabitur: et vultus eius non erubescet. Dicam tamē fratres mei quod sentio: et quod dixero intelligite. Inter vos segetes dei sunt mixta zizania: id est amatores mundi: amatores pecunie: amatores detrahentium: psultatores nugarum: omnes querentes quæ sua sunt: non quæ iesu christi. In ecclesia christi sicte intrantes: permittentes et non facientes: vouentes et non reddentes: renunciantes malo et iterum idem facientes: hec amatores: zizania sunt. Non amant illi christum: qui aliquid plus amat quam christum. Audi homo vocem domini dei tui: Qui diligit inquit patrem aut matrem: aut uxorem: aut filios: aut filias: aut fratres: aut agros super me: non est me dignus. Si vis tenere quod non habes: dimitte quod habes: ut amor christi sit in corde tuo. Ecce petis a deo et dicias: Domine da mihi. Quid tibi dabit: qui alius de manus tuas videt occupatas? Ecce dominus vult dare quæ sua sunt:

et non habent ubi ponat. Uide ergo: Dimitte quod tenes: et accipis quod queris. Dimitte temporalia et caduca: et accipies eternam et perpetuam vitam. Dimitte terrena: et accipies celestia. Audi autem quidam ad iesum: Magister bone quid boni faciam: ut habeam vitam eternam? Uti quis dicit: quid boni faciam: vitam eternam desiderabat: sed plus amabat quod tenebat. Uidit dominus occupatas manus: dare vult: et habet ubi ponat. Occupate sunt manus accipientium. Dicit enim tibi dominus: Uade vende omnia tua et da pauperibus: et pone illa in celo: quia in terra impediunt. Quid times o homo dare pauperibus? Non perdes ea: sed seruant tibi in celo. Non ut perdas iussi dicit dominus: sed ubi ponas suggesti. Post hec habebis bonum thesaurum non in terra periturum: sed in celo permanentem. Aliqua venit homini tribulatio: venit timor damni. Times o homo ut non pecunia tua perdas: times ne argentum tuum perdas: times ne possessionem tuam perdas: et non times ne tu ipse totus perreas? Pro hoc dicitis falsum testimonium: pro hoc mentiris et rapis aliena: pro hoc iuras et piuras quod omnino lex vetat. Nonne cum hec omnia facis: totus sensus es: totus stipula: totus palea: et non times ne totus ardeas? Sempiternata est anima tua amoribus seculi. Dic: Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me? Auarus pro auro suo habet tristitiam: patitur tribulationem: non habet pericula fuorum: pericula latronum. Auarus amat aurum plusquam animam suam: tu christiane ama christum plusquam omnia tua. Ille seruet in amore auri: tu christiane serue in amore christi: et eris beatus in regno christi. Audi o homo: Aurum in terra est: et terra est: et ps terra est. Impius dum diligit creaturam: offendit creatorem: et amittit eum qui creauit ex nihilo omnia. Audi o homo non tu perdis deum: sed ipse peris a deo. Ille est redemptor anime quem vis amittere. Quid enim perdit tibi si totum mundum lucreris: anime vero tui detrimentum patiaris? Exprobrare aliquis o homo et ama christum. hec est enim sapientia vera: id est amare christum. Adhuc enim dicit et scire vult: quare illum vocat ad se dominus: et illum non vocat. Ubi subuenit: et vni non. Hunc dignum habet: et illum indignum. Iustus honorat: et illum cruciat et affligit. Audi o homo: hinc dignum habet pro bonis operibus suis: illi habet indignum pro operibus suis malis: quia de bitor est dominus: et reddet bonis bona: et malis mala. Dicitur es forsitan. Quare ille sic respodet tibi dominus de tuo: quia bonum non dene gaudi: sed dixi plus: Lauamini: mundi estote.

L
Matth. 19.

Abt. 5.

Ps. 41.

Matth. 16.

Es. 1.

Sancti Augustini de tempore

Quid volebas? Quid queebas? Quid cupiebas? Gratia dei. Ergo si gratia dei que-
ris: aufer primum nequicia ab anima tua: et a
Ps. 33. conspectu oculorum meorum. Jam cessa a malo et
fac bonum: inque pacem et sequere eam totis viri-
bus tuis. Et cum hec feceris: et gratiam meam capi-
es: et oculi mei super te erunt: et aures meae ad
preces tuas: et propinquabo me in quibus dicam assum.
E faciam bona frater charissimam: ut mereamur
in futuro seculo iuvenire requiem: quam nobis dominus
Matth. 5. non promissit dicens: Beati misericordes: quia ipsi
misericordiam consequentur. Et cum propheta do-
Ps. 100. mino exultantes dicam: Misericordiam et iudi-
cium cantabo tibi domine. Misericordiam inue-
niunt: qui sunt misericordes. Iudicium time-
ant contemptores: qui nec sibi parcunt nec mi-
serentur alijs: qui dicunt: Peccem et parceret no-
bis deus: quia misericors est et bonus. Quia
misericors et bonus est deus: Sed qui modo
parcit: in futuro non parceret. Iudicium paratum
habent sine misericordia impij. Intelligam
fratres: et videam vbi spem nostram ponere
debeamus. Misericordia illi: qui fecit mi-
sericordiam. Beati misericordes: quia ipsis mi-
seretur deus. Spes est in dei misericordia: si
ab opere misericordie nos non fuerimus ari-
di. O homo quid queas a deo misericordiam:
si ipse non est misericors? Quid queas a deo
indulgentiam peccatorum tuorum: cum ipse tibi
simili non indulget? Audi homo: audi vocem
Luc. 6. domini dei tui: vbi dicit ipse: Date et dabit
vobis. Dimitte: et dimittetur vobis. Audi
iterum vbi ipse dicit: Dimitte nobis debita
nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus no-
Matth. 6. stris. Si enim tu non dimiseris aduersario tuo:
ipse tibi plus eris aduersarius. Ille te lesit au-
ferendo pecuniam tuam: tu te legis non indulgen-
do aduersario tuo. Forsitan dicitur es: Non
illi parca: quia me lesit multum: et sanguinem
meum questuit. Tu si non illi indulges: perditionem
anime tue habebis. Insup adhuc dicit.
Non illi parca: quia aduersarius mihi fuit. Cre-
de mihi homo: peior tibi eris aduersarius: si
non illi parcas. Dicit tu: Ille me non rogat.
Si te ille non rogat: tu pro illo roga: ut ei a do-
mino dimittatur quod in te deliquit. Nam si tu
dicas: non illi parca: litigare vis: non dimitte-
re. Et qua fronte aut qua fiducia dicitur es
Ro. 7. domino tuo: Dimitte: quia ego dimisi? Considera
o homo et vide aliam legem in membris
tuis repugnantem legi mentis tue et captiuam
tem te in lege peccati. Jam ipse captiuus

traheris: et expoliatori irascaris? Nemo no-
bis imputet fratres mei: si per uos domini-
cam pecuniam duplicare non potuerimus.
Ab alijs serui erimus: si non fecerimus quod nobis
preceptum est. Si autem fecerimus: boni serui eri-
mus: et cum domino sine fine letabimur. Illam
omnes amemus: pro quem facti sumus. Illam
diligam: pro quem redempti sumus. Pro illo
nos inuicem diligam: in hoc seculo: ut cum eo
gaudere mereamur pariter in futuro: quasi sic
placuit domino deo nostro de nobis: ut hic con-
stituti cum vestra charitate cantemus ei: Lau-
demus dominum fratres lingua: corde: ore: et
voce. Sic enim sibi vult dici laudem: ut non sit
inter nos discordia: sed vult esse in nobis con-
cordiam uocibus et moribus. O felix laus in
celo: vbi templum dei angeli sunt. Ibi est con-
cordia summa laudantium: vbi nulla lex in
membris nostris repugnat. Ibi non est rixa:
nec ulla cupiditas. Hic ergo cantemus domino
laudem solliciti: ut illic possimus esse securi.
Quare autem hic sumus solliciti fratres mei?
Audite quare? Quia temptatio est vita hu-
mana. Sic namque nos dominus exhortatur suo clo-
quilo dicens: Vigilate et orate ut non intretis
in temptationem. Non vis esse sollicitus quasi
videris dicit: Dimitte nobis debita nostra:
Quo es securus? qui quotidie videris petere re-
missionem peccatorum? Quomodo es securus: quasi
adhuc dicitis: Dimitte mihi peccata mea: Et
iterum dicitis: Et ne nos inducas in temptati-
onem: sed libera nos a malo? Quomodo ergo videris
clamare: Libera nos a malo: si securus es?
Audi homo: audi. Tu es malus: quasi te deus
liberat a te ipso malo. Vides aliam legem in me-
bris tuis repugnantem legi mentis meae: et captiuam
te in lege peccati. Audi quod sumus nos:
quid nobiscum portamus? Quod diu in corpore mor-
tis huius continemur: vitium nobiscum porta-
mus. Audi iterum prophetam dicentem: Domine educ
de carcere animas meas. Carcer meus est:
vsque dum in corpore mortis fuero. Nam quasi
fuero de hoc corpore liberatus: terra terrae red-
ditur: spiritus celo recipit. Gladio ergo dimitto
terram: quia quod diu hic sumus: mente seruius legi
dei: carne autem legi peccati. Dicit aliquis pro-
fidorum: Ergo cum fueris ab hac carne libe-
ratus: iam non eris tu nisi spiritus. Audi quod heretice.
Carne quam dico: non in eternum pono: sed
hic depono. Respondet incredulus: Ergo
rediturus es ad corpus mortis? Et vnde tam
ptam vocem clamasti: Educ de carcere ani-

Ser. CC. XXXIII. Dñica XVIII. p' trinitatis: Ser. I.

ma mea: Audi imperite & p'ra quotidiana
lectiones surde: Redeo ad corpus non mor-
tis huius: quia corruptibile hoc induet incor-
ruptione: & mortale hoc induet immortalita-
te. Adhodo est animale: tunc erit spiritale. Ne-
mo potest accipere eternale: nisi prius tem-
porale dimiserit. Ergo dimitte temporale hoc
malum ut accipias eternale illud bonum. Au-
dite fratres & caute. Hic enim iter agimus:
& in itinere positi sumus: nondum in patriam p-
uenimus. Laueamus eos qui in itinere nobis
insidiant: quia hic agunt aduersus nos: ne
ad patriam nostram: id est ad paradysum reuer-
tamur. Terra autem ista morientium est: Illa
vero uiuentium est: de qua ppheta dicebat:
Credo videre bona dñi in terra uiuentium.
In illa autem terra semp uiuet & nunquam morietur.
Lucet terra illa plus quam species argenti: ubi
ciues iustorum angeli sunt. Illi in terra illa gau-
dent: nos in terra ista lugeamus ut ad illorum gau-
dia puenire mereamur. Videte fratres: Ecce
hic in itinere positi sumus: insidiator no-
ster diabolus aduersatur in uia: nos querit
nocere ne in terram uiuentium reuertamur.

R Duo enim sunt pcepta dilectissimi que nobis
oino sunt obseruanda: id est diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota mente
tua: & diliges proximum tuum tanquam teipsum. In
his duobus pceptis tota lex pendet & pphete-
te. Quicumque enim in his duobus pceptis am-
bulauerit: festinet in uia: & pueniet ad patriam
paradisi: ubi letant omnes sancti in gloria
redemptoris sui: & laudem dicunt nomini san-
cto eius: qui erepti sunt de hac peregrinationis
erumna: & uiuunt semp in leticia sempiterna.

Sabbato quattuor temporum occur-
rentium post festum sancte crucis: No-
melia de eo quod scriptum est secundum Lu-
cam: Dicebat iesus turbis hanc simili-
tudinem: Arbozem ficu habebat qui
dam tempore que habet inter sermones
de uerbis domini. xxxi.

Dñica decima octaua de eo quod
dominus interrogauit iudeos cuius
filium diceret esse christum: Ser. I

Interrogati iudei: sicut nunc ex euan-
gelio cum recitaret: audiui: quomodo
esset dominus noster iesus christus
filius dauid: quem dominus suus dixerit ipse dauid:

respondere non potuerunt. Hoc enim in domino noue-
rant quod uidebant. Apparebat enim eis filius
hominis: occultus autem erat filius dei. Hinc
est quod eum & superari posse crediderunt: & li-
gno suspensum irriserunt: dicentes: Si filius
dei est descendat de cruce & credimus in eum.
Aliud uidebant: aliud non cognoscebant. Si
enim cognouissent: nunquam dominum glorie cru-
cifixerunt. Sciebant tamen christum filium dauid.
Iam etiam nunc ipsum sperant esse venturum. Latet
eos quod uenerit: sed uolentes later. Neque enim si
pudentem non agnouerunt: et regnantem agnosce-
re non debuerunt. In cuius enim nomine vocan-
tur & benedicunt omnes gentes: nisi in eius
quem putant christum non fuisse? Ipse enim filius
dauid: utique ex semine dauid secundum carnem: fi-
lius est abraham. Si autem dictum est ad abraham: In
semine tuo benedicent omnes gentes: et ui-
dent iam in christo non benedicti omnes gentes:
quid expectant quod iam non uenit: & non timet
quod uenturum est? Lapidem enim se dixit ipse dominus
noster iesus christus: pphetico ad se asserendum
utens eloquio. Lapidem autem talem: ut si quis
in eum offenderit: conquassetur: super quem autem
lapis ille uenerit conteratur eum. Quando enim
in eum offenderit: humilis iacet: iacendo hu-
milis quassat offendentem: ueniendo excel-
sus conterit supbientem. Jam ergo iudei illa
offensione quassati sunt: restat ut eius pcla-
ro aduentu etiam conterantur: nisi forte cum ui-
uunt agnouerint ne moriantur. Patiens enim est
deus: & illos quotidie inuitat ad fidem. Sed
cum iudei respondere non possent domino ppo-
nenti questionem & dicenti: Cuius filium dicerent
christum: atque illi responderet: filium dauid: ad-
denti & pponenti: quomodo ergo dauid in spiritu
uocat eum dominum dicens: Dixit dominus domino meo se-
de ad dexteram meam: donec ponam inimicos tu-
os sub pedibus tuis? Si ergo dauid inquit in
spiritu dicit eum dominum: quomodo est filius eius?
Iam dixit: non est filius eius: sed quomodo est filius
eius? Quomodo: cum dicit: uerbum queretis est
non negatis: tanquam si hoc eis diceret: Bene
quidem dicitis christum filium dauid: sed ipse
dauid dominum eum dicit. Quem dicit ille do-
minum: quomodo est filius? Dicerent iudei si in-
structi essent fide christiana quam nos tenemus:
si contra euangelium corda non clauderent: si
uiram spiritalem in se habere uoluissent: re-
sponderent huic questionem & diceret: Quomodo
in principio erat uerbum: et uerbum erat apud
deum: & deus erat uerbum. Ecce quomodo est

1. Cor. 15.

Ps. 116.

1. Cor. 12.

Luc. 13.

1. Cor. 12.

Sermo

1. Cor. 12.

Matt. 27.

1. Cor. 24.

1. Cor. 12.

Ps. 117.

Matt. 24.

Matt. 22.

Ps. 109.

Job. 1.

Sancti Augustini de tempore

dominus dauid. Sed quia verbum caro factum est: et habitauit in nobis: Ecce quomodo est filius dauid. Sed nescientes obmutuerunt: nec ore saltem clauso aures aperuerunt: ut quod respondere non potuerunt interrogati: nossent edocti. Sed quia magnus est nosse mysterium: quomodo sit dominus dauid et filius dauid: quomodo sit una persona homo et deus: quomodo sit in forma hominis minor patre: in forma dei equalis patri: quomodo iterum dicit: Et pater maior me est: Et ego et pater unum sumus: quia magnus est sacramentum: ut capi possit: mores informandi sunt. Indignis enim clausum est: pmerentibus aperitur. Hec lapides: nec vectes: nec pugni: nec calces sunt quibus pulsamus ad dominum: Vita pulsat: vitę aperit. Corde petitur: corde querit: corde pulsat: cordi aperitur. Cor autem hoc quod recte petit: recteque pulsat: et querit: pius esse debet: Primo amare deum gratis. Hęc est enim pietas: nec sibi extra illum ponere mercedem: quam expectet ex illo. Illo enim melius est nihil. Et quid charum petit a deo: cui ipse deus vilis est: Terram dat: et gaudes: amator terre: et factus terra. Si gaudes quando dat terram: quanto amplius gaudere debes cum seipsum dat tibi qui fecit celum et terram: Gratis ergo amandus est deus. Nam diabolus hoc sancto Job nesciens quod in illo intus ageret: magnus crimen obiecit dicens: Numquid gratis colit iob deum? Ergo si aduersarius hoc obiecit: timere debemus ne hoc nobis obijciat. Cum magno enim calumnioso habemus negocium. Si querit fingere quod non est: quanto magis obijcere quod est: Gaudeamus tamen: quia talis est iudex qui falli ab accusatore nostro non potest. Nam si hominem haberemus iudicem: huic quicquid vellet fingeret inimicum. Nemo est enim diabolo astutior: falsa crimina ad fingendum. Nam et nunc omnia falsa crimina de sancto ipse perfingit. Scit suas criminationes valere non posse apud deum: inter homines illas spargit. Et hoc ei quid prodest: cum dicat apostolus: Gloria nostra hęc est testimoniū conscientię nostrę: putatis tamen quia ille falsa crimina nulla astutia confingit: Nouit quid inde mali agat: nisi ei resistat vigilantia fidei. Ideo enim et de bonis mala spargit: ut infirmi non putent aliquos esse bonos: et tradant se rapendos libidinibus et dissipandos: dicentes apud seipsos: Quis est enim qui seruat man-

datum dei: aut quis est qui seruat castitatem? Dum putat quia nemo: ipse sit nemo. Hoc agit diabolus. Sed talis erat vir iob: de quo nihil posset confingere. Nota enim erat et nimis clara vita eius. Sed quia multas habebat diuitias: hoc obiecit. Quod et si esset: in corde esse posset: in moribus apparere non posset. Lolebat deum: faciebat elemosinas. Et quod corde faciebat: nemo sciebat: nec ipse diabolus: sed deus nouerat. Perhibet deus testimonium seruo suo: Diabolus calumnias seruo dei. Permittit ille temptari: probatur iob: confundit diabolus. Inuenit iob gratias colere deum: gratis diligere. Non quia aliquid: sed quia seipsum non abstulit. Aut enim: Dominus dedit: dominus abstulit: sic ut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. Ignis temptationis accessit: sed aurum non stipulam inuenit. Abstulit et sordes: non conuertit in cinerem. Quis ergo ad sacramentum dei intelligendum: quomodo christus et homo et deus sit: cor mundandum est. Abundat autem moribus: vita: castitate: sanctitate: dilectio: et fide que per dilectionem operatur. Hoc autem quod loquor: totum tanquam arbor est que radicem habet in corde. Hęc enim facta procedunt nisi de cordis radice: ubi si plantaueris cupiditatem: spinae procedunt. Statim dominus post istam questionem propositam iudeis: illis respondere non valentibus: subiicit de moribus loquitur: ut ostenderet quare illi indigni fuerint intelligere quod interrogauit. Miseri enim: superbi: cum respondere non possent: vitę debuerunt respondere: Nescimus nos: Abagister dic nobis: Obmutuerunt in propositio: nec os aperuerunt ad inquisitionem. Et statim dominus de superbia illorum: Lauere inquit a scribis: qui amant presidere in synagogis: et diligunt primum locum in conuiuiis. Non quia accipiunt: sed quia diligunt. Hic enim cor eorum accusauit. Accusator cordis autem esse non posset: nisi cordis inspector. Oportet enim ut seruo dei habenti aliquem honorem in ecclesia defera: primus locus: quia si non defera: malum est illi qui non defert: non tamen bonum est illi cui defertur. Oportet ergo ut in congregatione christianorum prepositi plebis eminentius sedeant: ut in ipsa sede distinguatur et eorum officium satis appareat: non tamen ut insens de sede: sed ut cogitent facinoram unde reddaturi sunt rationem. Quis autem

Job. 14.
Job. 10.

Job. 1.

2. Cor. 1.

Job. n.

Sal. 1.

Mat. 23.


Luc. 20.

nouit: vtrum hoc ament an nō ament? Res
 ista cordis est: iudicem habere nō potest ni
 si deum. Ipse autem dominus admonebat
 suos ne incidere in tale fermentū: qđ alio
 loco dicit: Lauete a fermento pharisęorū: et
 saduceorū. Et cum putarent illi ppter ea
 hoc cum dicere qđ panes non intulerant: re-
 spōdit eis: Excidit vobis quot milia satura
 ti sunt ex quinque panibus? Tunc intellexe-
 runt inquit: quia fermentū doctrinā eorum
 dicebat. Amabant enī illi ista temporalia:
 eterna vō nec timebant mala: nec diligebāt
 bona. Clauso corde intelligere nō poterant
 qđ domin' interrogauit. Quid autē faciat
 dei ecclesia vt possit intelligere qđ pma me-
 ruit credere? Faciat capacem animū ad reci-
 piendum quod dabit. Quod vt fieret: id est
 vt capax animus esset: domin' deus noster
 suspendit pmissa: non abstulit. Ideo suspē-
 dit: vt nos extendamus. Ideo nos extendi-
 mus: vt crescamos. Ideo crescimus: vt at-
 tingamus. Vide apostolū paulū in suspen-
 sa extensum: Non quia iam acceperim: aut
 iam pfectus sim: Fratres: ego me non arbi-
 troz apprehendisse. Unum autem: quę retro
 oblitus: in ea quę ante sunt extentus: fm in-
 tentionē sequor ad palmā supne vocatiōis
 dei i christo iesu. Ille in tra currebat: s i spū
 ascēdebat. Vide g extentū: vide ad suspēsa
 pendentē. Sequor inquit ad palmā supne
 vocatiōis dei i christo iesu. Ambulandū g
 est: nec pedes yngendi: nec iumenta quę-
 da: nec nauis puidēda. Affectu curre: amo-
 re ambula: charitate ascende. Quid quęris?
 Viam. Inbere christo: qui descendendo et
 ascendendo seipsum fecit viam. Vis ascen-
 dere? Ascendentē tene. Tu enim per teipsum
 leuare te nō potes: Quia nemo ascendit in
 cęlum: nisi qui de celo descēdit: filius homi-
 nis qui est i celo. Si nemo ascendit: nisi qui
 descendit: Ipse autē est filius hominis dñs
 noster iesus: vis i tu ascendere: mēbrū ipius
 esto qui solus ascēdit. Etenim ille caput cū
 ceteris mēbris: vnus homo est. Et cū ascen-
 dere nemo potest: nisi qui i eius corpore mē-
 brū ipius factus fuerit: implet: quia nemo
 ascendit nisi qui descendit. Nō enim potes
 dicere: Ecce quare ascēdit: verbi gratia: pe-
 trus: quare ascendit paulus: quare ascende-
 runt apostoli: si nemo ascēdit nisi qui descē-
 dit: Respondet tibi: Petrus: paulus: ceteri

apostoli: et om̄s fideles quid audiūt ab apo-
 stolo? Vos autē estis corpus christi: et mem-
 bra ex parte. Si ergo corpus christi et mem-
 bra sunt: noli facere duos. Reliquit enī ille
 patrem et matrē: et adhesit vxori suę vt essent
 duo in carne vna. Reliquit patrem: quia nō
 hic se ostēdit se equalē patri: Semetipsū em̄
 exinaniuit: formam serui accipiēs. Reliquit
 et matrē synagogam: de qua carnaliter na-
 tus est. Adhesit vxori suę: id est ecclesię suę.
 Qđ testimoniū et ipse cum cōmemoraret qđ
 separari non liceret coniugiū: demonstrauit.
 Non legistis inquit: qđ de' qđ fecit ab initio
 masculū et fēminā fecit eos? Erunt duo inqđ
 in carne vna. Qđ ergo deus iunxit: homo
 non separet. Et quidem: duo in carne vna.
 Sequit' et dicit: Igitur iam nō duo: sed vna
 caro. Nemo ascendit: nisi qui descendit. Nā
 vt noueritis quia vnus homō est sponsus et
 sponsa fm carnem christi: non fm diuinita-
 tem: nam fm diuinitatē qđ est ille: nos esse
 non possumus: quia ille creator: nos creatu-
 ra: ille effector: nos facti: ille cōditor: nos cō-
 diti: sed vt essemus cum illo vnū in illo: ca-
 put nostrum esse voluit accipiendo carnem
 ex nobis in qua morerē p nobis. Ut noue-
 ritis ergo quia hoc totum vnus est christus:
 per Esaiam dixit: Sicut sponso alligauit mi-
 hi mitrā: et sicut sponsam induit me ornamē-
 to. Ipse sponsus: ipse sponsa. Ipse plane
 sponsus in capite: sponsa in corpore. Erunt
 inquit duo in carne vna. Et non iam duo: s
 vna caro est. Itaq; ad membra ipsius perti-
 nentes: vt hoc sacramentum intelligamus:
 vt dixi: fratres pie viuamus: deū gratis di-
 ligamus. Ipse autē qui ostendit peregrinā-
 tibus formam serui: seruat pueniētibus for-
 mam dei. De forma serui strauit viam: de
 forma dei cōdidit patriam. Quia ergo mul-
 tum est ad nos capere hoc: sed non est mul-
 tum credere hoc. Nisi em̄ crediderit' ait esa-
 ias: nō intelliget: Ambulem' p fidem qđ diu-
 pegrinamur a domino: donec ad speciem p-
 ueniamus: vbi videbimus facie ad faciem.
 Et ambulantes per fidem: bene operemur.
 In bonis operib' gratuita sit dilectio dei:
 benefica sit dilectio proximi. Deo em̄ quod
 pstemus non habemus: Sed quia proximo
 habemus qđ pstemus: prestando indigentē
 pmerebimur abundantē. Inde vnusquisq;
 qđ habet: prestat alteri. Quicquid plus ha-

Dant. 16.
 Abi. 5.
 Job. 3.
 Job. 3.
 Job. 3.

1. Cor. 12.
 Ep. 5.
 Job. 2.
 Dant. 19.
 Abi. 8.
 Job. 3.
 Esa. 61.
 Ep. 5.
 Esa. 7.
 2. Cor. 5.
 1. Cor. 13.



Ser. CC. XXXV. Dñica XVIII. post trinitatis: Ser. II.

bet largiatur inopi. Alius habet pecuniam: pascit pauperē: vestiatur nudū: edificet ecclesiam: Operet de pecunia quicquid boni potest. Alius habet consiliū: regat proximum: pellat tenebras dubitationis luce pectoris. Alius habet doctrinā: erogat de cellario domini: ministrat conseruis cibaria: confortet fideles: reuocet errantes: querat perditos: Quantū potest faciat. Est quod sibi pauperes etiā erogent: alius claudo pedes accommodet: alius ceco suos oculos duces prebeat. Alius visitet infirmū: alius sepeliat mortuū. Sunt ista in omnibus: vt prorsus difficile inueniatur aliquis qui non habeat vnde alteri aliquid presteret. Et illud extremū et magnum quod ait apostolus: Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi.

Sermo In eadem dominica: de eodē de CC. XXXV. quo supra: Sermo II

A Questionē ppositam iudeis: debent soluere christiani. Dominus enim iesus christus quod est iudeis pposuit: ipse non soluit iudeis: nobis autem soluit. Et commemorabo charitatē vestrā: et inuenietis quod soluit: primo nodū videre quod iudeis. Quæsiuit a iudeis quod eis videret de christo: cui esset filius: quia et ipsi sperant christū. In prophetis legerunt: venturū expectauerūt: presentem occiderūt: quia vbi legebant venturū christū: ibi legebant quia occisuri erant christū. Sed illius futurum aduentum sperabant in prophetis: nam futurū suū faciunt non videbant. Sic ergo eos interrogauit de christo: non quasi de incognito: aut cuius nomē nunquam audissent: aut cui aduentū nunquam sperassent. Nam quoniam adhuc eorum sperant: ideo errant. Equidem et nos speramus eum: sed venturū iudicem: non venturū iudicandū. Prophetę autem sancti vtrūque prophetauerunt. Venturū eum iniuste prius iudicandū: venturū postea iuste iudicaturū. **Matth. 22.** Quid ergo inquit vobis videtur de christo cuius filius est? Responderunt illi: Dauid. Prorsus de scripturis: Quomodo dauid in spiritu vocat eum dominū: dicens: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo dauid in spiritu vocat eum dominū: quomodo filius eius est? Hic cauendū est ne putet christus se ne-

gasse filiū esse dauid. Non se filiū dauid negauit: sed modū quæsiuit. Dixistis filiū esse dauid: non nego: Sed si ille eū dñm vocat: dicite mihi quomodo sit filius: qui est dñs? Dicite quomodo? Illi non dixerunt: tacerunt. Dicam et nos: exponete ipso christo. **Ubi?** Per apłm suū. Prius inde pbemus: quia ipse christus exposuit. Apostolus dicit: An vultis experimentū accipere eius qui in me loquitur christus? Ergo in apostolū istam dignatus est soluere quæstionē. Primū per apostolū loquens christus: quid dixit ad timotheū? Ademor esto christū iesū resurrexisse a mortuis ex semine dauid: secundum euangeliū meum. Ecce christus filius est dauid: Quomodo est et dñs dauid? Dic apostole: Qui cum in forma dei esset: non rapinā arbitratus est esse equalis deo. Agnosce dñm dauid. Si agnoscis dominū dauid: dominū nostrū: dñm celi et terre: dñm angelorum: equalē deo in forma dei. Si agnoscis vnde filius dauid: attende quod sequitur. Apostolus dñm dauid tibi ostendet dicēdo: Qui cum in forma dei esset: non rapinā arbitratus est esse equalis deo. Filius dauid vnde? Semetipsum exinaniuit formā serui accipiens: in similitudine hominū factus: et habitu inuēctus vt homo. Humiliauit semetipsum: factus obediens vsque ad mortē: mortem autē crucis: Propter quod et deus illū exaltauit. Resurrexit christus: ex semine dauid: filius dauid: quia exinaniuit se. Quomodo exinaniuit? Sumēdo quod non erat: non perdendo quod erat. Exinaniuit se: humiliavit se. Cum esset deus: homo apparuit. Contemptus est in terra ambulans: qui celi fecit. Contemptus est quasi homo: quasi nulli virtutis. Non solum contempus: sed insuper et occisus. Lapis erat iacens: offenderūt in eū iudei: et quassati sūt. Quid autē ait ipse? Qui offenderit in lapidē istū: cōquassabit. Super quē venerit lapis iste: coteret eū. Prius iacuit et offenderūt. Veniet desuper: et coteret quassatos. Accepistis et filiū dauid: et dñm dauid. Dñm dauid semp: filiū dauid ex tempore. Dñm dauid natū de substantia patris: filiū dauid natū ex maria virgine cōceptū de spūs sancto. Vtrūque teneam. Vnū horū nobis erit habitatio eterna: alterum horū nobis est a pegrinatiōe liberatio. Dñs est nisi iesus christus nisi dignatus esset fieri homo: perisset homo. Factus est quod fecit: ne pīret quod fecit. Homo verus: deo verus

Deus et homo totus christus. Hec est catho-
lica fides. Qui negat dominum christum? Soti-
nianus. Qui negat hominem christum? Arianus.
Qui confitetur dominum equalē patri christum et ho-
minem verum: passum vere: sanguinem sudisse
verum: Non enim veritas nos liberaret si falsum
pro nobis daret: Utrūque qui confitetur: cat-
holicus est. Habet patriam: habet viam. Ha-
bet patriam: In principio erat verbum. Habet
patriam: Lum in forma dei esset non rapinam
arbitratus est esse equalis deo. Habet viam:
Semetipsum exinanivit formam serui accipiens.
Ipse patria quo imus: ipse via qua imus.
Per ipsum ad ipsum eamus: et non erramus.

Item in eadē dominica: Dome-
lia de eo quod scriptum est in euange-
lio secundum Mattheum: Accesserunt ad iesum
pharisei: Et interrogauit eum vnde ex
legis doctoribus etc. que habet in li-
bro Quinquaginta homeliarum xxxviii.

Sermo Dñica decimanona: De eo quid
sit homini facere bonum: Sermo I

Lectioes diuinorum eloquiorum cum re-
citarentur: audiuimus. Ea nobis est ma-
teries loquendi proposita: inde sape-
re debemus: inde seminare quod sapimus: ad-
iuuante illo in cuius manu sunt: sicut scriptum
est: et nos et sermones nostri. Hec frustra alio
loco scriptum est: Laudabo sermonem: in domi-
no laudabo verbum. Hoc laudat in domino
quod dat dominus. Quis ergo infirmi sumus:
vasa tamē sumus eius: capimus quantum pos-
sumus: comunicamus sine liuore quod capimus.
Suppleat ille in cordibus vestris quod nos mi-
nus fecerimus: quia et quod operamur in auribus
vestris: quid est: nisi totum ille agat in cordi-
bus vestris: Lectio prima prophetica quid no-
bis commendauerit: me commemorante recolite.
Quid dignum inquit offerat domino? Aug-
rebat homo sacrificium quo placaret deum: vel
quod placeret deo: Lurabam inquit genu deo ex-
celso: placabo eum in milibus taurozum: aut
in dentis milibus caprarum pinguium: aut offeram
deo fructum ventris mei pro peccato anime
meae: Respondet tibi o homo. O homo a quo
respondet: nisi a quo factus es homo? Re-
spondet ergo o homo querenti quid offeras
deo: et vnde places dominum: vel vnde place-
as deo. Respondet tibi quid sit bonum: aut

quid aliud dominus exquirat a te: nisi ut fa-
cias iudicium et iusticiam: et diligas miseri-
cordiam: paratusque sis ire cum domino deo
tuo? Augerebas quid offerres pro te: Offer te.
Quid enim dominus querit a te: nisi te? Quia
in omni creatura terrena: nihil melius fecit
te. Augerebas te a te: quia tu perdideras te. Si
autem facias quod iussit: inuenit in te iudicium
et iusticiam. Iudicium primo in teipso: iusticiam
ad primum tibi. Quomodo iudicium in teipso?
Ut displiceas tibi quod eras: et possis esse quod
non eras. Iudicium inquam de teipso in teipso
sine acceptione personarum tuarum: ut non parcas pec-
catis tuis: nec ideo tibi placeat quia tu facis.
Hec te laudes in bonis tuis: et deum accules
in malis tuis. Hoc enim est puerum iudicium:
et ideo nec iudicium. Ut enim ostenderet deus
puerum iudicium non esse iudicium: non ait:
quid dominus querit a te: nisi facere rectum
iudicium: sed facere inquit iudicium. Si enim
rectum: tunc iudicium. Si autem puerum: non
iudicium: sed vitium. Quid ergo faciebas quod
te perdideras: et post tuam perditionem ibas?
Ibas et non redibas. Quid faciebas? Scio
quid faciebas. In bonis tuis te laudabas:
in malis tuis deum blasphemabas. Hoc est
puerum iudicium: et ideo ut dixi: nec iudicium.
Vis ergo facere rectum iudicium? Hoc est iu-
diciuz: Illud quod faciebas corrige: prepos-
tera: et rectum erit. Quid est corrige? Deum lauda
in bonis tuis: te accusa in malis tuis. Lum
tibi ergo puerus displicueris: teque illo quod cre-
auit adiuuante correxeris: rectus seruabis iusti-
ciam. Placebit enim tibi deus si rectus fueris.
Non discrepabis a recto: nisi prauus atque p-
uersus. Rectus autem recto conuenies: et sine du-
bio tibi placebit deus. Quis enim displicebat:
pueritati tue displicebat. Audi sanctum psal-
mum: O bonus israel deus: rectis corde. Iste
qui hoc dicit in psalmo: displicuerat illi deus?
Absit a me ut arguam: et non potius contenti
credam. Ecce audite mecum: et considerate quid
dixerit: O bonus deus inquit israel. Qui-
bus? Rectis corde. Abi autem inquit quando
non eram rectus corde: mei autem pene como-
ti sunt pedes: paulominus effusi sunt gres-
sus mei. Quid est: commoti sunt pedes? Hoc
est effusi sunt gressus mei. Quid est pene:
hoc est paulominus. Quid itaque ait pene?
Paulominus commoti sunt pedes mei: effusi
sunt gressus mei. Pene inquit lapsus sum:
pene cecidi. Unde in tantum periculum puenisti?

Sancti Augustini de tempore

Quia zelauit inquit in peccatoribus: pacem peccatorum intuens. Zelauit inquit in peccatoribus intuens pacem peccatorum: hoc est malos homines videndo felices: titubauit sub deo pene cecidi a deo. Ecce vnde illi displicuerat deus: quare mali habent bona? Denique videte verba titubantis: que apud se dixerit: **Ps. 72.** Ecce ipsi peccatores. In ipso psalmo verba sunt titubantis. Ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerunt diuitias: et dixit: Quomodo sciuit deus? Ipse dicit in psalmo: ipse loquitur: cui nondum recto deus displicuerat quod mali abundarent bonis. Quomodo inquit sciuit deus: et si est scientia in altissimo? Videte adhuc quid adiungat. Videte quemadmodum titubando propinquet casui: et sit vicinus perditioni. Videte inquam quid adiungat: Numquid vane iustificauit cor meum: et laui in innocentibus manus meas? Perdidit inquit totum quod bene vixi. Iustificauit cor meum: laui in innocentibus manus meas: ad hoc ut mali sint felices: et ego tribuler. Et fui inquit flagellatus tota die. Gaudent illi: et ego flagellor. Gaudent qui blasphemant deum: flagellor qui colo deum. Quomodo sciuit deus? Hinc titubauit: hinc pene cecidit: hinc putauit ad deum res humanas non pertinere. Cum ergo hoc putaret: non recto sed perverso corde: et quasi verisimili ratione duceret. propter istam inuenientiam credere ad deum gubernationem rerum humanarum non pertinere: placuerat illi sic predicare: hoc asserere: hoc docere. Reuocatus est sanctorum auctoritate. Videte enim verba eius: Si dicebam inquit: Si dicebam narra- **Abi. 5.** bo: sic predicabo: sic docebo: sic dicam hominibus: ad deum curam rerum humanarum non pertinere. Si dicebam: narra- bo sic: Ecce generationem filiorum tuorum reprobauit. Quomodo genarrabo sic? Non sic narrauit moyses: non sic narrauit abraham: isaac et iacob: non sic narrauit hieremias: non sic esaias: non sic ceteri prophetę. Isti autem omnes filij tui. Ego ergo si narra- bo sic: generationem filiorum tuorum reprobabo. Quid ergo faciam? Suscepi inquit cognoscere. Suscepi inquit cognoscere: sed magnum est cognoscere: difficile est cognoscere. Hoc inquit postea quasi dixit: Suscepi cognoscere: hoc labor est ante me. Quomodo cognoscam et iustum deum esse: et res humanas nosse: et peruersis bene esse: rectis male aliquando esse? Quomodo sit iustum suscepi cognoscere: et labor est ante

me. Quousque labor? Donec introeam in sanctuarium dei: et intelligam nouissima. Intra ergo in sanctuarium dei anima fidelis: intra in sanctuarium dei anima pia: cui non displicet deus in malis tuis: et in bonis malorum: cui non displicet deus. Et si nescis qua ratione fiat: crede non iniuste fieri quod sinit aut facit deus. Humana ratione ducebaris: diuina auctoritate reuocare: et crede aliquid ibi esse quod te later. Nam deum perversum et iniquum non posse esse: sic intrans fide in sanctuarium dei: intras credendo: dicis intelligendo. Sic enim ait: Donec introeam in sanctuarium dei. Quo intrat fides: et post fidem quid? Et intelligam nouissima. Venient nouissima: quoniam nulli bono erit male: nulli malo erit bene. Venient inquam nouissima: quando discernentur pii ab impijs: iusti ab iniustis: laudatores dei a blasphematoribus dei. Venient quoniam discernentur ut nulli sicut dictum est bono sit male: nulli malo sit bene. Quare ergo modo non sic? Forte et modo sic. Sed quod nunc est in occulto: post erit in manifesto. Ingredere mecum si potes in sanctuarium dei: forte ibi si possuero docebo te: imo disceme mecum ab eo qui docet me: etiam nunc non malis esse bene: et melius esse bonis quam malis: quousque venerit honorum felicitas: non dumque venerit malorum pena nouissima: forte intelliges mecum: non esse bene malis. Rogo enim te et quero abs te: tibi quare male est? Responsum es: Egestas angit: paupertas diffultat: dolor fortasse membrorum: timor ab inimico. Tibi ideo male est: quia pateris mala: et bene est illi qui est ipsum malum. Adulterium interest inter malum esse et malum pati. Tu quod pateris non es. Adulter enim pateris: sed tu malus non es. Ille autem malum non patitur et malus est. Noli ergo falli: noli falli. Non potest fieri ut tibi male sit: quia pateris malum: et illi bene sit qui est malus. Cum enim est malus: putas quia non patitur malum: cum patitur seipsum? Tibi male est: quia malum alienum pateris in corpore tuo: et illi bene qui malum seipsum patitur in corde suo? Tibi male est: quia mala habes villa: et bene est illi qui malam habet animam? Esto bonus: qui habes bona. Bone sunt diuitie: bonum est aurum: bone familie: bone possessiones. Omnia ista bona sunt: sed vnde facias bene: non que te faciant bonum. Habeto bona que te faciant bonum. Que sunt inquis ista? Fac iudicium: fac iusticiam: bo-

Ser. CC. XXXVII. Dñica XIX. p' trinitatis: Ser. II.

na sunt que habes. Fac iudicium: fac iusticiam: Esto et tu bonus: inter bona tua. Erubescere bonis tuis: Esto bonus mansurus inter bona peritura. Erubescere bonis tuis. Noli esse malus in eis: ne pereas cum eis. Letera quomodo se habeant fratres charissimi: quomodo sit seruanda iusticia: et quomodo diligenda misericordia: et quomodo debeat quisque paratus esse ire cum domino suo: alio tempore donante domino disputabimus vobis. Tenete me debitorem: ne diu habeatis fatigatorem.

In eadem dominica: Sermo habitus ad mensam sancti Lypriani in die dñico: de iusticia: II

Sermo XXXVII A

Lectiones sanctas plures cum recitarentur audiui: et de his nos oportet dicere: quod dominus fuerit donare dignatus. Sed lectionum omnis auditor quod recentius lectum est magis meminit: et ut inde aliquid a tractatore verbi dicat expectat. Cum ergo in ultimū sit sanctū euangelium recitatum: nō dubito expectare charitatem vestram ut de ista vinea et de conductis: et de mercede denarij aliquid audiat. Sed ego memini superiore dominico quid promiserim. Cum enim de sancto propheta quod lectum fuerat aliquid exponere voluissem: lectum autem fuerat querenti homini quibus sacrificijs placaret deus: renūciatū esse nihil ab illo deum querere nisi facere iudicium et iusticiam: et diligere misericordiam: paratūque esse ire cum domino deo suo: tractaui quātum potui de iudicio: tantūque sermo pductus est: ut non remaneret temporis spacium quo possem de ceteris disputare. Unde me pmissi hodierno die de iusticia esse dicturum. Sed qui expectabatis ut de euangelio loquerer: nolite vos putare fraudatos. Opus enim in illa vinea: ipsa est iusticia. Putate ergo vos esse conductos. Qui pueri venerunt: prima hora se adductos putent: qui adolescentuli: tertia: qui iuvenes sexta: qui grauiorē: nona: qui decrepiti: vnde decima. De tempore nolite causari. Opus quod faciatis audite: mercedem securi expectate. Et si attenditis: dominus vester qualis est: nolite inuidere si merces equalis est. Quod est opus nostris: Sed cōmemorabo. Audite quod nostris: et facite quod audistis. Diximus opus dei esse iusticiā. Interrogatus autem dominus iesus quod esset opus dei:

respondit: Hoc est opus dei: ut credatis in eum quē ille misit. Poterat dicere: Iusticia est opus dei. Nūquid ergo nos psumere aliquid conducti contra patrē familias ausi sumus? Si iusticia est opus dei: sicut ego dixi: quomodo erit opus dei quod dominus dixit: ut credat in eum: si ipsa sit iusticia credere in eum? Sed ecce inquit: a domino audiui: Hoc est opus dei ut credam in eum: et audiui quod opus dei sit iusticia. Proba nobis credere in christum: hanc esse iusticiam? Videtur mihi quoniā iam respondeo querenti et iusta flagitanti: videt tibi credere in christum nō esse iusticiam? Quid est ergo? Impone huic operi nomen. Proculdubio si bene consideras quod audisti: responsurus es mihi: Ista fides vocatur: Credere in christū: fides vocat. Accipio quod dicis: credere in christū fides vocat. Audi et tu alij scripturę locū: Iustus ex fide viuit. Facite iusticiam: credite: Iustus ex fide viuit. Difficile est ut male viuat: qui bene credit. Credite ex toto corde: credite non claudicantes: non hesitantes: non contra ipsam fidem humanis suspicionibus argumētantes. Fides appellata est ab eo quia fit quod dicit: Due syllabe sonant: cum dicit fides. Prima syllaba ē a facto: secunda a dicto. Interrogo ergo te vtrum credas? Dicit: Credo. Fac quod dicit: et fides est. Ego enim respondentis vocē audire possū: cor credētis videre nō possū. Sed nūquid ego ad vineā cōduxi: quod cor videre nō possū? Nec ego cōduco: nec opus iudico: nec ego denarium mercedē preparo. Cooperarius vester sum. Pro viribus quas ille donare dignatur: in vinea laboro. Quo autē animo laborem: qui me cōduxit videt. Abibi enim: ait apostolus: minimū est ut a vobis iudicer. Et vos vocem meā potestis audire: nō potestis cor videre. Dēs cor nōm deo videndū pponam: et opus ex aīo faciam. Cōducentē nō offendam: ut libera frōte mercedē accipiam. Et nos charissimi viderim inuicē corda nra: s postea: nūc autē adhuc tenebras mortalitat' hui' circūferim? et ad lucernā scripturę ambulam: sicut dicit apłus petrus: Habemus certiorē ppheticū sermonem: cui benefacitis intēdentes tanq̄ lucernę in obscuro loco donec dies luceat: et lucifer oriat in cordibus vestris. Proinde charissimi ppter ipsam fidem qua credimus in deū: in cōparatione infidelū dies sumus.

Abachuc. 2. Ro. 1.

1. Cor. 4.

2. Petri. 1.

Sancti Augustini de tempore

In infidelitate nox cum ipsis sumus: modo
Ep̄. 5. lux: dicente apostolo: Fuiſtis aliquādo tene
brę: nūc aut lux i dño. Tenebrę in nob: lux i
1. Theſſal. 5. dño. Itē in alio loco: Dēs em̄ vos filij lucis
estis: et filij diei. Nō sumus noctis neq; tene
brarū: Sic vt i die honeste ambulem. Dies
Ro. 13. ergo in cōparatione infidelium: In compa
ratione vō illius diei quando reſurgēt mor
1. Cor. 15. tui: et corruptibile h̄ induerit incorruptōz et
mortale h̄ idueſ immortalitate: ad huc nox su
m. Nobis tanq; iā in die dicit apl̄us Jobā
1. Job. 3. nes: Dilectissimi: filij dei sum: Et tñ q; ad
huc nox ē: qd sequit: Et nō dum apparuit qd
erim. Scim̄ qm̄ cū apparuerit filies ei erim:
qm̄ videbim̄ eū sicuti est. Sed ista merces
est: nō opus. Videbim̄ eū sicuti ē: ipsa mer
ces ē. Tūc erit dies q; clarior esse non possit.
Nūc q; in isto iā die honeste ambulem. In
ista adhuc nocte nō de inuicē iudicem. U
D
1. Ro. 13. dete em̄ et ipm̄ apl̄m paulū q; dixit: Sic vt in
die honeste ambulem: nō reſultare neq; dis
2. Petri. 1. sonare a cōaplo suo petro: q; dicit: Qui bñſa
ctis intrēdētes sermoni: scz diuino: tanq; lu
cernę in obscuro loco: donec dies luceſcat: et
lucifer oriat i cordib; vris. Videte h̄ ipm̄ di
1. Cor. 4. centē et apl̄m paulū: Itaq; nolite ante t̄pus
quicq; iudicare. Et qñ erit t̄pus: Donec ve
niat dñs et illuminet abscondita tenebrarū: et
manifestabit cogitationes cordis: et tūc laus
erit vnicuiq; a deo. Quid ē ante temp: nisi
anteq; corda inuicē videat: Intēdite si hoc
est qd dixi: Dia verba ipsi sentētię paulisp
audite. Nolite ante temp; quicq; iudicare.
Et quādo erit tempus: Donec veniat dñs et
illuminet abscondita tenebrarū: et manifesta
bit cogitationes cordis: et tunc laus erit vni
cuiq; a deo. Quomō te reprehendent tenebrę
quādo a luce laudaberis: Tūc patebūt cor
da: modo latent. Suspectus est nescio quis
quasi inimicus: et forte est amicus. Videt al
ter quasi amicus: et est forſtan occultus ini
micus. O tenebrę: seuit et amat: blandit et
et odit. Si ex vocib; iudico: tranquillū vitās:
ſcopulū incurro. Fugio amicū: heres inimi
co. Hoc fecit cor latēs. Ibi credendū est: ibi
intus: vbi latet: vbi occultū est. Ad hoc ex
colendū cōductus es. Ibi credendo coope
tare: vbi te non videt cooperarius tuus: sed
Hbachuc. 2
Ro. 1. videt te domin; tuus. Iustus ex fide viuit.
E
Hoc age. Iā de iudicio priore dominico dis
putaui: vt iudicares teipsum: et cum te inue
nires puerus: nō tibi blandireris: ſ; corrige

res te et fieres rectus et tibi placeret deus rectus.
Nā rectus deus: puerus non placet. Uis vt place
at tibi rectus deus: esto rectus. Iudica teipsum: no
li tibi placere. Ad tibi i te merito displicet: ca
stiga: emēda: corrige. Scriptura sancta sit tibi
tanq; speculū. Speculū h̄ habet splēdorē nō
mēdacē: splēdorē non adulantē: nullus p̄ſo
nam amantē. Formosus es: formosus te ibi
vides. Sedus es: sedus te ibi vides. Sed cum
sedus accesseris: et sedum te ibi videris: noli
accusare speculum. Ad te redi: non te fallit
speculū: tu te noli fallere. Iudica de te: pri
stare de tua ſeditate: vt cum abieris et disces
seris tristis: sedus: correctus possis redire for
mosus. Cum ergo iudicaueris teipsum sine
adulatione iudica: et primū cum dilectione.
Est em̄ qd iudices: ad qd vides. Fieri enim
pōt vt aliquid mali videas vnde ſordescas.
Fieri potest vt malū suum ipse primus tu
tibi cōſiteat et prodāt amico qd texerat ani
mico. Quod videris iudica: quod nō vides
deo dimitte. Quādo aut iudicas: dilige ho
mines: oderis vitium. Noli p̄pter hominē di
ligere vitium: nec propter vitium odisse homi
nē. Homo: primus est tuus. Vitium: inimicū
primo tuo. Tunc amas amicū: si oderis qd
nocet amico. Si credis facis: quia iustus ex
fide viuit. Ad abundat in rebus humanis:
hoc dico. Aliqui amico tuo charissimo inimi
cus est aliquis q; erat amicus amboz. Inci
piūt esse de trib; amicis duo inter se inimi
ci: quid faciat medius q; remāſit: Uult: eri
git: flagitat a te vt oderis cū illo quē odisse
cepit: et hęc verba tibi dicit: Nō es amic; me
qui es amic; inimici mei. Que vox hui; ē ad
te: ipsa est et illi; ad te. Tres em̄ eratis: Tres
eratis: duo ceperūt esse discordes: remāſisti
tu. Si huic te iuxeris: illū habebis inimicū.
Si illi; istū. Si ambobus: ambo murmura
būt. Ecce tēptatio: Ecce spine in vinea q; cō
ducti sumus. Expectas forte a me audire qd
facias. Permane amicus amboz. Qui dis
cordant inter se: concordent p̄ te. Mala si q;
audis ab altero de altero: noli p̄dere alteri:
ne forte sint postea amici q; modo sūt inimi
ci: et p̄ditores suos prodant sibi. Sed hoc p̄
pter homines dixi: non p̄pter oculos eius q;
nos p̄duxit. Ecce nemo te p̄dit. Audisti: de
videt q; te iudicet. Audisti ab irato verbū: a
dolente: a succensente: moriaſ in te. Quare
prodit: quare p̄fertur: Non em̄ si in te fuerit
dirumpet te. Dic sane amico tuo: qui vult

te facere inimicū amici tui. Alloquere etiam egrotantem animū: medicinę lenitate ptra-
cta. Dic illi: Quare vis vt sim inimic' illi?
Respondet: Quia inimicus meus est. Vis ergo vt sim inimicus inimici tui? Inimicus eē debeo vitij tui. Iste cui me vis facere ini-
micum: homo est. Est alius inimicus tuus: cui debeo esse inimicus: si amicus sum tuus.
Respōdebit: Quis est alius inimicus me?
Vitium tuum. Respondet: Qd est vitij meū?
Oidium quo odisti amicū tuum. Esto ergo similis medico. Medic' nō amat egro-
tantem: si non odit egritudinem. Ut liberet egrotum: psequit febrē. Nōlite amare vitia amicorū vestrorū si amatis amicos vros.
Sed cui dico? Putas ne facio ipse qd dico? Fratres mei: facio i me. Prius facio. In me autē facio: si a domino accipio: facio. Odio vitia mea: cor meū sanandum offero medi-
co meo. Persequar ea quātum possum: gemo de illis: confiteor: quia sunt in me: et ecce accuso me. Qui me respēdebās: corrige te. Hęc est iusticia: ne dicai nobis: Stipulā in oculo fratris tui vides: et trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita: Eijce primū trabem de oculo tuo: et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Ira: festuca est. Odium: trabes est. Sed nutris festucam: sit trabes. Ira inueterata: sit odium: Festuca nutrita: sit trabes. Et ergo festuca non fiat trabes: non occidat sol super iracūdiām vestram. Vides: sentis te odio liuentem: et reprehendis irascentem? Tolle odium et recte reprehendis. Ira est i oculo eius: in tuo trabes. Nā si odisti tu: quomodo vides qd trabes? Trabes est in oculo tuo. Quare trabes est in oculo tuo? Quia festucam tibi natam cōtempisti. Cum illa dormisti: cum illa surrexisti. Eam in teipso excoluisti: falsis suspitionibus irrigasti. Verba adulantū et ad te mala verba de amico deferentium credēdo nutristi. Festucam non auulsi: diligentia tua trabem fecisti. Tolle trabē de oculo tuo: noli odisse fratrem tuum. Expauescis: an nō? Expauescis: dico tibi: noli odisse et securus eris. Et respondes mihi: et dicis mihi: quid est odisse? Et quid mali est: quia odit homo inimicū suū? Odisti fratrem tuum: sed si odiū cōtemnis: audi qd non attendis: Qui odit fratrem suū homicida est. Qui odit: homicida est: Nūquid mō potes dicere: qd ad me

vt homicida sim? Qui odit homicida ē. Nō venenum parasti: non ad peccandum inimicū cum gladio processisti: non ministeriū sceleris pparasti: non locum: non tempus: postremo ipsum scelus non fecisti: Tantum odisti: et p̄us te q̄ illū occidisti. Discite ergo iusticiam: vt non oderitis nisi vitia: homines ametis. Hoc si tenueritis: et hanc iusticiā feceritis: vt homines etiā vitiosos sanari malitis potius q̄ damnari: bonum opus in vinea fecisti. S; exercete vos in hoc frēs mei. Ecce post sermonē sit missa cathecuminis. **H**
Abanebunt fideles: venietur ad locū orationis. Scitis quo accessuri sumus: quid p̄us deo dicturi sumus? Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Agite vt dimittat: agite. Veniet enim ad ista verba orationis: quomō ea dicatis: quomō non dicatis? Postremo interrogo: Dicatis: an non dicatis? Odisti: et dicis? Respondebis mihi: Ego non dico. Oras: et nō dicis? Odisti: et dicis. Oras: et non dicis? Lito respondeo: Ergo si dicis: mentiris. Si nō dicis: nihil mereris. Obserua te: attende te. Abodo es oraturus: dimitte ex toto corde. Litigare vis cum inimico tuo: prius litiga cum corde tuo. Dic cordi tuo: Noli odisse. Illud autē cor tuum: animus tuus odit ad huc. Dic anime tuę: Noli odisse. Quomō orabo: quomō dicam: Dimitte nobis debita nostra: Possum quidē hoc dicere: S; qd sequit quomō dicam? Sicut et nos. Quid? Sicut et nos dimittimus. Ubi est fides? Fac qd dicis: Sicut et nos. Et non vult dimittere anima tua: et cōtristat: quia dicis ei: Noli odisse. Responde illi: Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me? Quare conturbas me? Quare tristis es? Noli odisse: ne p̄das me. Quare conturbas me? Spera in deo. Langues: anhelas: egritudine sauciaris: nō potes tibi tollere odium. Spera in deum: medicus est: propter te pependit in ligno: et nōdum est vindicatus. Quid vis vindicari? Ideo enim odisti vt vindiceris. Vide pendente dominū tuum: vide pendente: et tibi deligno tanq̄ de tribunali p̄cipientem. Vide pendente: et tibi languenti de suo sanguine medicamentū facientem. Vide pendente: vindicari vis? Vindicari vis: vide pendente: Audi p̄cantē: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Sed potuit hoc **I**

Dant. 7.

Ep. 4.

Job. 3.

Matth. 6.

Ps. 41.

Luc. 23.

Luc. 23.

Sancti Augustini de tempore

facere dicis mihi: ego non possum. Ego enim homo sum: ille deus: homo ego: homo ille deus homo. Deus ergo ut quid homo si non corrigi homo? Sed ecce tibi loquor: O homo: multum est ad te imitari dominum tuum: attende stephanum conseruum tuum. Lerte stephanus sanctus: homo erat an deus? Et homo erat. Plane homo erat: hoc erat quod tu. Sed quod fecit: non fecit nisi donante illo quem rogas et tu. Vide tamen quid fecerit. Loquebatur iudicis: sciebat et diligebat. Utrunq; ostendere debeo: quia dixi: sciebat: dixi: et diligebat. Utrunq; debeo demonstrare: et scientem et diligentem. Audi scientem: Dura ceruice. Verba sunt sancti stephani quando loquebatur iudicis: Dura ceruice et in circumsis corde et auribus: vos semper restitistis spiritui sancto. Quae prophetarum non occiderunt patres vestri: Audisti scientem: alterum debeo: Audi et diligentem. Fratri illi facti et grauius inardescentes: et mala pro bonis reddentes ad lapides cucurrerunt: dei famulum lapidare ceperunt. Hic proba sancte stephane dilectionem tuam: hic te videamus: hic spectemus: hic victorem diaboli triumphatoremq; cernamus. Audiuimus scientem aduersus tacentes: videamus si diligis scientes. Sciebas aduersus tacentes: videamus si diligis lapidantes. Si enim odisti et odisse poruisti: nunc est tempus quando lapidaris. Tunc maxime odisse debes. Videamus si reddis duriciam cordis lapidibus duris: lapidibus qui te lapidant. Lapidibus enim mittunt lapides: dura duri. Qui in lapidem legem acceperunt: lapides mittunt. Videamus charissimi: videamus: spectemus magnum spectaculum. Expectemus et diei crastino proponendum. Videamus: Ecce stephanus lapidatur: sit constitutus quasi ante oculos nostros. Lia membrum christi: eia athleta christi: inspicere illum qui pro te pendit in ligno. Crucifigebatur ille: tu lapidaris. Ille dixit: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Tu quid dicis? Audiam: videam: teneam: forte possum imitari vel te. Primo beatus stephanus stans orauit pro se et ait: Domine iesu: accipe spiritum meum. Deinde positus genibus pro lapidatoribus orans: Domine inquit: ne statuas illis hoc peccatum. Hoc dicto obdormiuit. O felix somnus et requies vera. Ecce quod est requiescere: pro

inimicis orare. Sed paululum quiesce te o sancte stephane: expone mihi hoc: nescio quid: quare pro te stans orasti: et pro inimicis genu flexisti? Responderet fortasse quod intellegimus. Pro me stans orasti: quia pro me qui recte deo seruiui: orando et impetrando non laboraui. Pro me non laboraui: quia quod pro iusto orat: non laborat: Ideo stans pro se orauit. Tenuit est ut oraret pro iudicis: pro intersectoribus christi: pro intersectoribus sanctorum: pro lapidatoribus suis: attendit nimiam et magnam esse impietatem ipsorum quem difficile donari posset: et genu flexit. Fige genu in hac vinea fortis operator: Fige inquam genu in opere huius vineae: fortissime operare. Adhuc opus tuum: egregium et laudandum multum. Multum altum fodisti: qui odium inimicorum de corde exuisti. Loueris ad deum.

Dominica vicesima: De bono disciplinæ: Sermo 1

Ulti sunt qui sane doctrine aduersus sancti: iusticiam culpant: et disciplinam imperium esse iudicant: ac rationabilem castigationem superbie assignant: cum non sit imperium nisi ubi aliquid iubet iniustum: nec sit superbia nisi ubi negligit disciplina. Disciplina igitur magistra est religionis: magistra vere pietatis: quem nec ideo increpat ut laedat: nec ideo castigat ut noceat. Denique mores hominum irata corrigit: inflexibilia custodit: Ita salomone dicente: Fili ne deficias a disciplina domini: neque fatigeris cum ab eo increparis. Quem enim diligit dominus increpat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Nihil profecto est quod non disciplina: aut emendet: aut saluum faciat. Quam si quis sapiens apprehenderit: nec gratiam amicitiarum perdit: nec periculum damnationis incurrit. Nemo disciplinam irrationabilem putet: sub qua videt vniuersis quae in caelo et sub caelo sunt verbo cooperante compositis: omnipotentis dei stare consilium. In principio enim operis sui: deus nihil prius quam disciplinam fecit. Nam cum assistente sapientia caelum suspenderet: terram pararet: maria concluderet: et suis locis suisq; temporibus cursum solis lunaeq; globum disponeret: oia sub disciplina constituit. Quid autem non esset tenebrosus: quod non incopositus: quod non

Sermo XXXVII

Ca. 1

Prover.

B. Ca. 1

Prover.

habere absurdum: nisi constitutis legibus cuncta starent elementa? Hū quid sine disciplina agitur solis cursus? Qui quis diurni itineris necessitatem infatigatus impleuerit: ad officiū tñ suū matutinus occurrit: et se in parte celi quotidie terrarū spacia lustraturus ostendit. Tanta est discipline ratio: vt intra temporū metas lege cōscriptas ita indefessi itineris alternis vicibus syderum cursus agitur: vt nec luna defectionis suę damna effugiat: nec solem diurni luminis flamma destituat. Hū quid sine disciplina ē q̄ tanti maris fluctus humili terrarū litore cōtinent: et in suo sinu frequenter incitata ventis altior aggere vnda cōcludit? Omnia profecto inspiens natura confunderet: nisi mundum discipline ratio gubernaret. Hęc ideo p̄posuimus dicere: vt disceretis euangelicis p̄ceptis obedire: et celestibus obtemperare mandatis. Quid autem rationalem animā et ad dei imaginem factam expediat: facile potest homo intelligere cū videt sacras per voluntatem dei cōstitutionibus discipline etiam elementa seruire? Audite prophetam dicentē: Seruite domino in timore: et exultate ei cum tremore: Apprehendite disciplinam nequādo irascatur dominus: et pereatis de via iusta. Bene in omnibus causis timor obtemperat discipline: qui p̄ hoc ipso q̄ imminentes causas periculorum aut iras iudicum cauere nouit: potestates cōseruandę salutis obtinuit. Quid igitur ad ultro castum: quid furi esset tutum: quid latroni non periuū? Quis non expauesceret concava littorum: secreta sylvarum? Quid non p̄sumptio possideret: nisi furorem animorū sub metu penę disciplina compesceret? Ac nisi cōstitutus esset ordo viuendi: nunq̄ p̄fecto finem poneret natura peccandī. Nihil est quod non gula suadeat: si gulę disciplina consentiat. Nihil est quod non perdat luxuria: si amore vitiorum a te disciplina discerdat. Nihil est quod non habendi cupiditate animus occupet: nisi auaricię vitium disciplina condemnet. Omnia sub metu discipline vitia latent. Jam non est in quo fides vnq̄ erubescat: si homo futurum dei iudiciū respiciat: et causam reddendę rationis intendat. Nec est in quo vindex scelerū flāma desuiat si intuitu discipline: aut res quę sūt honestę cogites: aut quę sūt pudenda castiges. Adulti ibi nomē crudelitatis imponit

vbi pro amore discipline crimen admissi sceleris supplicio vindicat latronis: cum sententia vindicantis iustis legibus seruiat: et non solum p̄sentibus sed etiam futuris manum porrigat. Quis igitur non licite crederet se debere peccare: si impudicis et impijs actibus iudex non p̄scriberet disciplinam? Videamus quid lex loquat: Non occides: non adulterabis: non falsum testimoniū dices. Hęc sunt discipline legis: quib⁹ etiam districtio sententię secularis obsequit: impugnādo turpia: refecando criminosa. Hęc adijcit scriptura: Iudex non est vindex postus boni operis: sed mali: ita vt etiam vicarium penę genus exigar cum dicat: Oculum p̄ oculo: dentem p̄ dente. Sed istam antiquam sententię seueritatem: facile vitare possum⁹: si flammam futuri iudici cogitemus. Absolute autem docet paulus apostolus posse cōtemni secularis arma iudici: q̄ dicit: Si vis potestatem non timere: qđ bonum est fac. Sed hęc nō ociose tractanda sunt. Nam cū de his terrenis potestatibus apostoli doctrina cōmemorat: sensibus nostris celestis iudici partes insinuat. Nam cum docet seruendum seculi legibus: admonet necessario hominē futuris cauere temporibus. Si vis inquit non timere potestatem: quod bonum est fac: hoc est dicere: Si vis futurum non timere iudicium: declina a malo et fac bonum. Ergo hanc primam cōstitutionis formā quę seculi legibus caret: cauere debemus et vincere: vt possimus a nobis illud p̄iudiciū perpetuę mortis excludere: quia quos ista temporalis non affligit p̄na: hos illa in eternū insatiabili tormentorū p̄sequit dolore. Nemo autem illud homicidij crimen euasisse se estimet: quem excusatū secularis iudici corrupti sententia absoluerit. Nec ille adulterij facinus p̄termisum putet q̄ indulgētię lege deprehensus euasit. Nemo cum sanam dexteram videt falsitatis: reo debita iure supplicia iudicet fuisse cōcessa. Defunctis corporibus salua sūt crimina: nisi fuerint prius apud deum lachrymarum intercessione purgata. Expectat enim reum suum gehenna debitis armata supplicijs: ad confusione magis p̄sentis vite: non ad absolutionē criminis pertinet auctoritas sententię secularis. Illa ergo nobis sūt ante omnia cogitanda supplicia: vbi homo viuet durate p̄na: vbi nec tormenta corpori: nec desunt membra tor-

Ca. 1.

Ca. 3.

Ca. 2.

Ca. 4.

Exo. 20.

Ro. 13.

Leuit. 24.

Ca. 5.

Ro. 13.

Ps. 36.

Sancti Augustini de tempore

tot. **Q**ue tamē facile vitare possumus si ha-
 benas disciplinę teneamus: dicente aposto-
 lo: **Ro. 13** **U**s nō timere potestātē: qđ bonū est fac-
 rē habebis laudem ex ea. Quis sapiens non
 ad hęc disciplinę bona animū let^o aponat:
 vbi potest homo nō solū criminis pēnaz vi-
 tare: sed etiam gratiā laudatiōis acquirere?
Ca. 6. **A**udite pphetā dicentē: **Ap**prehendite disci-
 plinā ne qđ irascat dñs et peatis de via iu-
 sta. In hoc loco ad illos puto p̄inet ista sen-
 tentia ad quos nōdum disciplina puenit: qđ
 adhuc in deuis morant: capti antiquo sup-
 stitiōis errore. Probant em̄ nunq̄ sub lege
 vixisse qui admonent studiū vt ap̄hēdant
 disciplinę. **Abi. 3.** Sequit̄ in psalmo: Neqđ irascat
 dñs et peatis d̄ via iusta: Ergo si illos p̄be-
 ta reos statuit ad quos disciplina nunq̄ p-
 uenit: quid de illis iudicandū putam^o quos
 disciplina destruit? Inter vtroiq̄ act^o au-
 ctōritas p̄phetice lectionis inculcat minōrē
 plane culpā nō puenisse ad disciplinā qđ legē
 disciplinę respuisse. **Sap. 5.** Ecce dic̄ p̄pha: Qui sper-
 nit disciplinā: odit animā suam. Et vere vt
 dixit ita est. Nam hostis est et inimicus ani-
 mę suę qui sp̄ritis disciplinę monitis: diabo-
 licis occupat officijs. Dicunt aliquāri disci-
 plinā satis duris legibus cōstitutā. **Ca. 7.** Loquā-
 ista satis miser: quos ad omne facinus ille
 diabolus auctor mortis inuitat: quorū men-
 tes insatiabilis gula possidet: sup quos re-
 gnat ebrietas: quos turpis luxuria captiuos
 tenet: et a quibus nunq̄ supbia ingrata dis-
 cessit. Illis autē quibus est studiū honeste
 fidem seruare cōtinentię: hūilitati pietatiq̄
 seruire: dulce disciplinę onus est: et leue iugū
 dñi: qđ nō grauat nisi perditos aut pituros.
Matth. 11. **E**rubesco dicere in cōfusiōnē humanę negli-
 gentię: quare apud aliquantos parū pficiat
 disciplina: cuz videamus pastorale magiste-
 riū etiam apud muta aialia nō p̄ire. Doceāt
 nos ecce seruare ordinē disciplinę: tam doci-
 les equorū animi cū in gyrū ducti flexuosis
 gressibus membra cōponūt: et sub vnius ha-
 bene retinaculo ita studiose consentiunt: vt
 currēdi et standi modus: sub quadā legū dis-
 positiōe seruet: ita qđ natura numero diui-
 dit: studio disciplinę cōiungit. Videte qđ for-
 ta boī corpora plaustro subiacēat: qđ in tan-
 to impio animū parāt: vt tumētia naturalit̄
 leui iugo colla supōnāt: ita disciplinę cōsti-
 tutiōibus seruiūt: etiā que in feritate nascū-
 tur. Unde miror aliquoties boīem cui inest

sapientia et intellectus: prudētē passim p̄-
 cepta disciplinę negligere: cum videam^o mu-
 tum animal vitia cauere: iussis obtempere:
 implo deservire: atq; ita ad omnē obediētā
 animos aptare: vt cuz opus fuerit armatis
 legionibus occurrat: et hostilib^o se telis obij-
 ciat iussū. Audite in hoc loco p̄phetā dicen-
 tem: **Log**nouit bos possessorē suū et asinus
 p̄sepe dñi sui: **Isra**el autē non me cognouit.
Clereor dicere: ne vestrā negligentā pulset
 ista sentētia. **Mō** autē cognouit dominū qui
 cōditionis suę non cognoscat officiū. **O**sten-
 dam sane quomō dñs possit aut inueniri:
 aut cognosci: si tamē est anim^o videntis. Si
 vis videre dominū: require mendicū: resp̄-
 ce ad pauperē: suscipe peregrinū: visita infir-
 mū: curre ad carcerē. Si vis videre deū: vit-
 cula captiuitatis absolue: nodos iniquitatē
 incide. Audi de hoc dominū dicentē: **Esuri**
 ui et dedistis mihi māducare: Sitiui et dedi-
 stis mihi bibere: hospes fui et suscepistis me:
 nudus fui et vestistis me: infirm^o fui et visita-
 stis me: in carcere erā et venistis ad me. **A**o-
 neo itaq; ne despicias nudū: ne ceco manū
 subtrahas: nec inuolutū pannis cōtemnas.
In hac em̄ veste primū dñs cum a magis q̄
 rere inuētus est. Et quia de disciplina feci-
 mus mentionē sub qua fides christiana vi-
 get: necesse est vt omnia in aures vestras vi-
 tē ornāmēta deferant: vt intelligat vnūsq; qđ
 parum sibi p̄desse cōuersationis famā: nisi
 in cōtempnū mundi amauerit disciplinam.
Ergo cui studiū est christum colere: pus cor-
 dis et corporis suscipiat indumenta. **O**mis
 igitur vita religionis p̄fessē: integritati de-
 bet famam sentire: ne quem expectat coro-
 na virtutis: pudoris damno seriat: **C**orpo-
 ris integritas vitā muniat: integritatē fides
 incōtaminata custodiat: vt manēte vtriusq; **Matth. 11.**
 partis beneficio: immaculatū hominē faci-
 at regnare cum christo. Sed in hoc solum cō-
 stat cōuersationis nostrę ratio vt boni sim^o.
Laborandum igitur illi ante omnia est: vt qđ
 bonitatem sequit̄: bonus esse iudicet. Nam
 q̄uis homo purum corpus immaculatūq; cu-
 stodiat: laceratam vitam ad deum portat:
 cuius actus vultum infamat: licet sciamus
 conscientiā solam bonis actibus posse suffi-
 cere. Sed quanto melius est vt semper de te
 bene sentiat: qui semper circa ianuā suā va-
 nis suspicionibus frequēter egrotat. **I**nstrū-
 est enim naturaliter vulgo vt de bonis semp

Ser. CC. XXXIX. Dñica XX. p' trinitatis: Ser. II.

male iudicet. Sed tu qui curam bonę fame colis: studio tuo gratiã integrę opiniõis acquire. Vita ergo nostra ita sit lucida: vt sit omnibus nota. Integritas religioni: pudor seruiat humilitati. Quem amor tenet seruã dę integritatis: ante omnia falsi ad se famã non admittat erroris. Magnũ est quidem & gloriosum et vsq; ad celũ omniũ ore pferendum: nunq; malis actibus locũ dedisse: sed multo fortius est: nunq; falsis suspitiõibus laborasse. Quid em̃ tibi prodest sobrietatis: si vitia ebrietatis exerceas? Quis te nõ ebriũ iudicet: si inter effluentes vino calices saltatium gyros imiteris? Quis te castum putabit: si te viderit meretricũ fabulis mixtum: scenico sermone compositis: aut loquẽtem turpia: aut inhonesta resonantẽ. Laudo q; dę q; cõscientiã habeas castitatis in te: s; odi colloquiũ meretricũ. In quo loco fortasse dicat tibi aliquis: Sufficit mihi pura psciẽtia. Quantũ ad innocentia ptinet tibi soli sufficit: sed prouidendũ est ne facilitate tua alter peccet: & alienũ peccatũ in te redũdet: iuxta illud qd dicit scriptura: Ule illi p quem scandalum venit. Quis autẽ p̃cioso serico corpõ vestias: et niueo vellere membra cõponas: nõ sine macula diem transigis si camini ardentis ora cõtigeris. In omni igit actu tuo vitam tuã disciplina comites. Si vis placere christo: elabora vt professionẽ tuam fides adiuuet: fama cõmendet. P̃cedat vos patientia humilitatis socia: assistat pudicitia integritatis magistra: fugiat cupiditas: erubescat ebrietas: luxuria actus suos lugeat: supbia confusa discedat. Quicũq; igitur est qui festinat deũ agnoscere: sub hoc disciplinę ordine christum poterit inuenire. Multa quidem erant adhuc dilectissimi: quę disciplinę ratio suadebat apire: quę interim putauimus differenda: ne ociosis auribus fastidiũ pararet longa narratio. Sane ne qd in hoc opere subtraxisse videamur: elaborabimus vt ea quę religiosis actibus cõpetũt sequẽti tempore differamus.

In eadem dñica: De disciplina christiana: Sermo II

Scutus est ad nos sermo dei: et de promptus est ad exhortationẽ nostrã: dicẽte scriptura: Accipite disciplinã in domo disciplinę. Disciplina: a discẽdo di-

cta est. Discipline domus: est ecclesia christi. Quid igitur hic discit? Vel quare discitur? Qui discit? A quo discit? Discit bñ viuere. Propter bñ discit bñ viuere: vt pueniat ad semp viuere. Discit christiani: docet christus. P̃mo igitur quid sit bñ viuere: deinde quę sit merces bonę vitę: tertio qui sint veri christiani: quarto qd sit verus magister: pauca loquẽtibus nobis sicut dñs donat audire dignamini. Dñs in domo disciplinę sumus: sed multi nolũt audire disciplinã: et qd est puerius nec in domo disciplinę volũt habere disciplinã. Lũ p̃pterea debeant in domo disciplinę accipere disciplinã vt seruent illã et in domib; suis: ipi s; disciplinã nõ solũ in domib; suis hñe nolũt: s; nec illã secũ ferre etiã ad domũ disciplinę. Ideo apud qd nõ vacat dñũ dei q; cor auri p̃iungũt: q; nõ sũt via vbi semẽ qd ceciderit ab aurb; colligit: qui nõ sũt petrosa loca vbi semẽ qd ceciderit altã radicẽ hñe nõ p̃t & ad horã exit & i estu arefcit: q; nõ sũnt ager spinosus vbi semẽ cũ germinauerit & in auras surgere cõperit spinarũ densitate suffocat: sed q; sũnt terra bona parata semẽ accipere: et fructũ reddere vel centenũ vel sexagenum vel tricenum: recordentur nõ sine causa intrasse disciplinę scholam: et has me similitudines ex euãgelio cõmemorasse. Qui ergo tales sũt: accipiant qd p me dñs dicere dignat. Ego qm̃ ille semiat: qd sumus. Uix cõphini seminat. Ipse in me ponẽ dignet: qd vob spargat. Nolite igitur attẽdere ad vilitatẽ cõphini: sed ad charitatẽ seminis: & potestãtẽ seminatoris. Quid est igitur bñ viuere? Quid hic discit? P̃cepta multa sũnt in lege: quib; ipsa vita bona cõtinet: imperat et discit. Multa oĩno p̃cepta sũnt et innumera bilia. P̃ceptoꝝ ipsoꝝ paginas vix quisq; enumerat: quãtomã ipsa q; volũt. Tamẽ de; p̃pter eos q; se volũt excusare: vel q; eis nõ vacat legere: vel q; nõ noũt legẽ: vel q; nõ p̃t facile intelligẽ: vt excusationẽ nemo habeat i die iudicij: voluit sic scriptũ est: consummare & breuiare verbum super terrã: sicut de illo p̃pheta p̃dixerat. Verbum em̃ cõsummas & breuias faciet dñs sup terrã. Hoc ipm̃ verbũ consummatũ & breuiatũ: nec obscurũ esse deus voluit. Ideo breue: ne nõ vacaret legere. Ideo apertũ: ne dicat nõ mihi licuit intelligere. Thesaurus igitur est magnus diuinã scripturã: habens in se mirabilia p̃cepta multa: tanq; multas gemmas: & p̃ciosa mo-

R
Ca. 10.
Ca. 10.
Ca. 18.

B
Ca. 2.
Matth. 13.

L
Ca. 9.
Esa. 10.

D
Ca. 4.

Sancti Augustini de tempore


nilia: et vasa ingentia et magni metalli. Sed quis potest scrutari thesaurum istum: et vti eo: et puenire ad omnia que ibi sunt? Quando hac similitudinem dominus dedit in euangelio suo et dixit: **Matt. 13.** Simile est regnum celorum thesauro inuento in agro: ne quis se minus idoneum diceret ad perscrutandum thesaurum: continuo dedit aliam similitudinem: Simile est inquit regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas: qui inuenit unam preciosam margaritam: et vendidit omnia que habuit et emit illam: ut si piger eras ad scrutandum thesaurum: non sis piger unam margaritam sub lingua ferre: **E**t quo vis securus ambulare. Quid est ergo **Ca. 5.** verbum consummas et breuians? Diliges dominum **Matt. 22.** deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota mente tua: et diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet et prophetia. Ecce quid discas in domo disciplinæ: Diligere deum: diligere proximum. Deum tanquam deum: proximum tanquam teipsum. Non enim inuenis parum deo: ut possit tibi dici: Dilige deum sicut diligis illum. De proximo inuenta est tibi regula: quia inuentus es proximo tuo par. Tu ipse queris quomodo diligas proximum. Attende teipsum: et quomodo te diligis: sic dilige proximum. Non est vbi erres. Volo ergo iam et tibi committere proximum tuum: ut diligas eum tanquam teipsum. Volo: sed adhuc timeo. Volo tibi dicere: Dilige proximum tuum sicut teipsum: et timeo. Adhuc enim discutere volo: quomodo diligas teipsum. Noli ergo egrescere. Non es tu ipse facile dimittendus: cui est proximus committendus. Non transitorie tecum agendum est. Tu vnus homo es: proximi tui multi sunt. Non enim primo sic debes intelligere proximum: vel fratrem: vel cognatum: vel affinem: Proximus est omni homini: omnis homo. Proximi sibi dicunt: pater et filius: socer et gener. Nichil tam proximum: quam homo et homo. Sed si putamus non esse proximos: nisi qui de hisdem parentibus nascuntur: adam et eua attendamus et omnes fratres sumus. Et siquidem fratres sumus quod homines sumus: quantomagis sumus quod christiani sumus. Ad id quod homo es: vnus pater fuit adam: vna mater eua. Ad id quod christiana es: vnus pater est deus: vna mater ecclesia. Videte ergo quatos proximos habeat vnus homo. Omnes homines in quos incurrerit: quibus iungi potuerit: proximi eius sunt. Quomodo ergo discutendus est vtrum diligat se: cui committendi sunt tot proximi: ut sic eos diligat

tanquam se? Non ergo irascatur vnusquisque: si discussio quomodo se diligat. Lerte ego discussio: ipse se inueniat. Ut quid enim discussio: quia ego inuenturus sum? Ideo discussio ut ipse se interroget: ipse sibi appareat: ipse se non lateat: ipse se sibi non abscondat: ipse sibi se ante oculos suos: non post dorsum ponat. Abeloquente faciat hoc: me nesciente faciat hoc. Quomodo te diligis quisque me audis: imo quisque deum per me audis in hac domo disciplinæ? Attende te quomodo te diligis. Profecto enim si te interrogare vtrum diligas te: respondebis quod diligis. Quis enim se odit? Ergo non diligis iniquitatem: si te diligis. Nam si diligis iniquitatem: non ego dico: Psalmum audi: Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Ergo si diligis iniquitatem: audi veritatem: Veritatem non te palpantes: sed aperte tibi dicentem: Odis te. Quantomagis dicis: quia amas te: odis te. Qui enim diligit iniquitatem: odit animam suam. Quid dicam de carne: que pars est vilior hominis? Si animam odit: quomodo carnem diligit? Denique qui amant iniquitatem: et odiunt animam suam: omnem turpitudinem exercet de carne sua. Jam ergo qui diligis iniquitatem: quomodo tibi volebas committere proximum: ut diligeres eum tanquam te? Homo quid perdis te? Si enim tu ipse sic te diligis: ut perdas te: sic profecto perditurus es et eum quem diligis sicut te. Nolo ergo quem diligas: vel solus peri: aut corripere dilectionem: aut respue societatem. Dicturus es mihi: Diligo proximum tanquam meipsum. Audio plane: audio. In ebriari vis cum illo quem diligis tanquam teipsum. Bene nobis faciam? hodie: quantum possimus bibamus? Uide quod si sic te diligis: et illud ad te trahis: et ad quod amas vocas: necesse est ut quem diligis tanquam teipsum: illum eum trahas ad quod et tu amas. Humanus homo: imo beluinus: amando talia qualia belue. Beluas enim deus prostratas in faciem fecit pastum querentes de terra: te in duos pedes erexit de terra: tuam faciem sursum attendere voluit. Non discorde cor tuum a facie tua: non habeas faciem sursum et cor deorsum. Immo verum audi: et verum fac sursum cor: ne metiaris in domo disciplinæ. Quando enim audis: responde: sed sit verum quod respondes. Sic te dilige: et diligas proximum tuum tanquam teipsum. Quid est enim sursum habere cor: nisi quod dictum est prius: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex

Ser. CC. XXXIX. Dñica XX. p' trinitatis: Ser. II.

I tota mente tua? Quia ergo duo pcepta snt:
 Ca. 9. si vnū diceret nō sufficeret. Sufficit et vnū si
 intelligat. Nā et aliqñ sic loquit scriptura: sic
 Ro. 13. paul' ap'ltus: Nō adulterabis: nō homicidiū
 facies: nō cōcupisces: et si qd est aliud māda-
 tū: in h' sermōe recapitulat: Diliges primū
 tuū tāq' teipm. Dilectio primi malū nō opat.
 Plenitudo autē legis ē charitas. Quid ē cha-
 ritas? Dilectio. Nihil videt dixisse de dilecti-
 one dei: s' solā primi dilectionē dixit suffice-
 re ad implendā legē. Quicqd est aliud man-
 datū: in hoc sermōe recapitulat: in h' sermo-
 ne implet. In quo? Diliges primū tuū tāq'
 teipm. Ecce vnū est. Lerte duo pcepta sunt
 in qb' pceptis tota lex pendet et pphete. Vi-
 dete quō plus breuitatū est: et adhuc pigri su-
 mus. Ecce q' duo erāt: vnū factū est. Pro: 1.
 primū dilige: et sufficit: S; dilige quō teipm
 diligit: nō quō teipm odisti. Dilige primū
 tuū tāq' teipm: Sed pus est vt diligas te-
 ipm. Augere debes quō diligas teipm: et
 audire habes: Diliges dñm deū tuū ex toto
 corde tuo: et ex tota aia tua: et ex tota mente
 tua. Nō em̄ quō a se fieri nō potuit: sic nec be-
 atus a se fieri pōt. Alia res eū fecit hoīem qd
 nō ē ipse hō: alia res eū factura est beatū qd
 nō est ipse hō. Deniq' errās videt ipse: quia
 p se nō pōt beat' eē: et amat aliud vñ sit bea-
 tus. Vñ se fieri putat beatū h' amat. Quid
 putam' amat: vñ putat se fieri beatū? Pec-
 niā: aurū: argentū: possessiōes. Breuis dico
 pecuniā. Totū em̄ quicqd hoīes possidet in
 terra: oia quoz dñi snt: pecunia vocat. Ser-
 uus sit: vas: ager: arbor: pecus: quicqd hoz
 ē: pecunia dicit. Et vñ est pmiū vocata pecu-
 niā? Iō pecunia: qz antiq' totū qd habebāt
 in pecorib' habebāt: A pecore pecunia vo-
 cat. Legim' antiq's patres fuisse diuites pa-
 stores. Ergo pecuniā diligit o hō vñ putas
 te fieri beatū. Pecunia est: et multū eā diligit.
 Golebas dilige primū tanq' teipm: diuide
 cū illo pecuniā tuā. Quid esses discutiebā:
 Inuētus es: apparuisti tibi: vidisti te: cōside-
 rasti te. Nō es patus diuidere pecuniā tuā
 cū primo tuo. Sed qd mihi rīdet benigna
 Ca. 11. auaricia? Quid mihi rīdet? Si diuisero euz
 illo: minus erit: et mihi et illi minuet qd amo:
 nec totū habebit ille: nec totū habebō ego:
 Sed qz diligo eum tanq' meipm: opto illi vt
 tm̄ habeat: vt nec meū minuat: et ipse mihi
 coquet. Optas vnde nihil p' das: atq' vñ
 nā hoc verū dicas vel optes. Timeo em̄ ne

inuideas. Quō em̄ socialis erit felicitas tua
 quā torquet felicitas aliena? Nōne cū cepit
 ditescere vicin' tuus: et incipe quasi surgere
 et ire post te: times ne sequatur te: times ne
 trāseat te? Lerte diligit primū tuū tanq' te
 ipm. Sed nō loqr de iudis. Auertat em̄ de
 hāc pestē ab animis oim hoīm: ne fiat xpia-
 noz: vitū diaboli: cū q' solo diabolo re' est: et
 inexplabil' re'. Nō em̄ dicit diabolo vt dā-
 nef: adulteriū cōmissisti: furtū fecisti: villam
 alienā rapuisti: s' homi stanti lapsus inuidi-
 sti. Inuidētia diaboli cōuētū ē: s' habet mā-
 trē suā. Supbia vocat m̄ inuidiā. Supbia
 inuidos facit: Suffoca matrē: et nō erit filia.
 Iō hūilitatē docuit christ'. Nō q' loquor in-
 uidis: bñ optant' loquor. Illis loquor qui
 optāt bñ amicis: vt habeāt tantū quātū ha-
 bēt et ipsi. Optāt bñ egentib' vt habeāt quā-
 tū et ipsi: sed nolūt illis dare ex eo qd habēt.
 Inde te iactas hō christiane: qz optas bene:
 Abestio te ē mēdic' q' plura tibi optat et nihil
 habet. Bene vis optare nihil a te accipiēti:
 Da aliqd bñ optati. Si bonū est bñ optare:
 redde mercedē. Optat tibi bñ paup' qd trepi-
 das? Adde aliquid. In domo disciplinē es.
 Adde aliqd qd dixi: Da bñ optati: christ' ē. **Ca. 12.**
 Ipse a te petit qui tibi dedit. Erubescere. Ille
 diues paup' esse voluit: vt haberes paupes
 qbus daret. Da aliqd fratri tuo. Da aliqd
 primo tuo. Da aliqd comiti tuo. Tu diues
 es: ille paup' ē. Vita ista via ē: sicut ambulat.
 Sed forte dicit: Ego diues ille paup'. Simul
 ambulatis an nō? Quid ē qd dicitis: ego di-
 ues: ille paup': nisi ego oneratus: ille leuis?
 Ego diues: ille paup'. Sarcinā tuā cōmemo-
 ras: pōd' tuū laudas. Et qd graui' ē: cōstri-
 xisti ad te sarcinā tuā: ideo nō potes porrigere
 manū tuā. Onera te: liga te: qd te iactas?
 quid te laudas? Solue vincula tua: minue
 sarcinā tuā. Da comiti: et illū adiuuas: et te
 releuas. Inter has voces tuas laudātes sar-
 cinā tuā: adhuc christ' petit et nō accipit et of-
 fēdis nomē pietatis crudelib' vocib' et dicit:
 Et qd seruo filiis meis? Christū illi opono:
 filios suos mihi reponit. Istaxō iusticia mā-
 gna vt habeat vñ luxuriet fili' tuus: egeat
 dñs tuus? Cū em̄ vni ex minimis meis feci-
 stis: mihi fecistis. Nō legisti: nō aduertisti:
 Cū vni ex minimis meis nō fecistis: mihi nō
 fecistis? Nō legisti: nō timuisti? Ecce q's eger
 et filios tuos numeras? Postremo numera si-
 lios tuos: adde vnū illū iter illos dñm tuū.
Matth. 25.



Sancti Augustini de tempore

Unū habes: sit ille secundus. Duos habes: sit ille tertius. Tres habes: sit ille quartus. Nihil horum vis: Ecce quod diligis primum tuum quod tibi faci socium ad ista perditiones. Quid tibi dicitur secundus: Diliges primum? Quid illi in aures infusurabis homo auare: nisi fili aut frater aut pater: bonum est nobis ut cum hic vivimus: bene sit nobis? Quantum habebis: tantum eris. Frange lunam: fac fortunam? Ista infusurabis primo tuo: quod non didicisti in domo discipline nec audisti. Nolo sic diligas primum tuum. Si posses facere: ut nulli iugeres. Corruptum enim mores bonos colloquia mala. Sed non possu. Non possu facere ut nulli iugaris: cui mala ista que non vis de discere infusurres: et non solum nolis doceri: sed affectas etiam docere. Nolo: imo volo sed non possu te discere ab auribus aliorum. Alios admoneam: ad quorum aures ambis: quantum aures penetrare moliris: ad quantum corda per aures intrare disponis. Quod accipis verbum sanum in domo discipline: sepi aures tuas spinis. Corruptum primum mores bonos colloquia mala. Sepi aures tuas spinis. Sepi et spinis sepi: ut ille qui ipse tunc intrare aures fuerit: non solum non repellat: sed etiam concupiscat. Repelle illum a te: dicitur christiana non es: christianus secundus. Non accepimus in domo discipline. Non habet accepimus in illa schola: quam frater intravimus. Non hoc didicimus in illo magistro cuius cathedra in celo est. Noli mihi ista dicere: aut noli ad me accedere. Hoc est enim: Sepi aures tuas spinis. Convertam me ad illum: Avarus es: pecuniam amas. Beatus esse vis: deum tuum ama. Pecunia te non facit beatum: Tu enim facis ornatum: non illa te beatum. Sed quia multum amas pecuniam: video quia pergitur quod iusserit cupiditas: Piger pergitur quod iubet charitas. Respice et vide quod multum interit in pecunia tua et deum tuum. Pulchrior est iste sol quam pecunia tua: et tamen iste sol non est deus tuus. Porro si pulchrior est lux ista quam pecunia tua: quantum est pulchrior quod fecit hanc lucem? An forte compare vis pecuniam lucem? Ecce occidit sol. Converte mihi pecuniam tuam. Nitet et nocte: subtraham lucernam: Ecce dives es: ostende mihi divitias tuas. Ita si lumine perveris: ita si non habeas verum quod habes videas: ubi sunt divitie tue? Et sic tamen horreda profunditas avaricie non patet oculis et scaturit animis. Vidimus et cecos avaros. Dicat mihi verum avari sunt ceci qui non vident: Quod habet non habet: et tamen avarus est cecus. Quare? Quia credit se habere: avarus est. Fides enim facit divitem. Crededo dives est: non videndo. Quanto melius cum fide pervertit ad deum. Non vides quod possides: et deum

tibi sic predicato. Non vides: ama et videbis. Amas pecuniam o cecus: quam nunquam videbis. Cecus possides: cecus moriturus es: quod possides herediturus es. Non tenebas et quam videbas: quia non videbas quod habebas. De deo quod tibi dicitur: Ecce hereditur tibi dicit ipsa sapientia: Amate illam tantum pecuniam. Indignum est: iniuriosum est: ut sapientia pecunie competat: sed amor amorum comparat. Video enim hic vos sic amare pecuniam ut iubete amore pecunie labores suscipiat: ieiunia toleretis: mare transseat: veteris et fluctibus vos committat. Habeo unde eligam quod ametis: sed non habeo quod addam ad amorem quem amatis. Sic me amate: plus nolo me amari dicit dominus. Improbis loquor: Avaris loquor: Pecuniam diligitis: tamen me diligite. Certe melior sum in comparatione. Nolo a vobis amplius amorem. Quantum diligitis pecuniam: tantum me amate. Erubescam: saltem periteamur et pectora tundam: non ut super peccata nostra pavimentum solidem. Non quod tundit peccatum et non corrigit: solidat peccatum et non tollit. Tundam peccatum et cedam in nos: et corrigamur a nobis: ne ille per nos cedat qui magister est. Diximus enim iam quod hereditur: quare discat? Quare isti in schola: et vapulasti et a parentibus ductus: et fugitans quare et inuenerit attractus es: et adductus extensus es? Quare vapulasti: quare tanta mala in puericia perulisti? Ut disceres. Quid disceres? Litteras. Quare? Ut haberes pecuniam: aut ut compareres honorem: et teneres sublimitas dignitatem. Vide quia periturus es propter peritiam rem. Peritiam rem cum tanto labore didicisti in tantis penis: et amabat te qui te ad penas traherat. Ipse qui te amabat: ipse te ad penas traherat ut vapulares: amando faciebat ut disceres. Quid? Litteras. Bone sunt littere. Non. Diciturus es mihi: Quare et vos episcopi litteras non legistis? Quare non divinas scripturas in ipsa litteratura tractastis? Ita vero non ad hereditum litteras. Non enim parentes nostri qui nos in schola mittebant: sed nobis dicebant: Discite litteras ut habeatis verum legere possitis codices divinos. Nec ipsi christiani filii suis hereditum. Sed quid? Discite litteras. Quare? Ut sis homo. Quid enim? Ad pecus sum? Ad dico ut sis homo: hoc est ut sis eminens inter boves. Ubi et illud puerbum: Quantum habebis: tantum eris: ut habeas quantum ceteri: aut quantum pauci: aut plusquam ceteri: aut plusquam pauci: habeat inde honorem: habeas inde dignitatem. Et ubi erunt ista omnia cum mors venerit? Quod si mulat: quod metum iste interpellat? Quod nomen ipsum a me commemoratum omnium corda percussit?

Ser. CC. XL. Dñica XXI. p^o Trinitatis: Ser. I.

Quo timore vsm teste gemitu declamastis? Audiui: audiui: gemitis: morte timetis. Si timetis: qre no caueris? Adorte timet. Quid timetis? Uetura e. Timea an no timea: veni re habet. Sero an cito vatura est. Si timeas: no efficies: vt si sit qd times: Illd poti^o time: qd si nolis no erit. Quid? Peccare. Peccare time: qz si amaueris peccata: i alia morte irru es: qz posses no venire si no amares peccata.

Ca. 19. Ad auit pnerf: pl^o amas morte q vitā. Ab sit in qd. Quis est hoim q plus amet morte q vitā? Forte couinco te qz plus amas morte q vitā. Ecce vñ te puinco: Amas tunicā tuā: bonā eā vis. Amas villā tuā: bonā eā vis. Amas filiū tuū: bonū eū vis. Amas amicū tuū: bonū eū vis. Amas domū tuā: bonā eam vis. Quid e q etiā bonā vis hfe morte? Quotidie em rogat vt qm mors vatura est: bonā morte tibi det deus: z dicit: Deus auertat a me malā mortē. Plus g amas morte tuā q vitā tuā. Adort male times: et male viuere non times. Corrige male viuere: time male mori. Sz no li timē: no pt male mori: q bñ vixerit. Profus cōfirmo. Audeo dicere: Credidi ppter qd locur^o sū: Ad pot male mori: q bñ vixerit. Jam tu dicit tibi: Ad mlst iusti naufragio pierūt? Lerte no pot male mori: q bñ vixerit. Ad multos iustos gladi^o gemit hostilis? Lerte no pt male mori: q bñ vixerit. Ad multos iustos latrones occiderūt? Ad mlstos iustos bestie laniauerūt? Lerte no pot male mori: q bñ vixerit. Et ego respōdeo: Hec em tibi videf mala mors: naufragio pire: gladio pcuti: a bestijs laniari: mors mala tibi esse videf. Adne has mortes martyres subierūt: qru natalicia celebrā? Ad gen^o mortis no subierūt? Et tñ si christiani sum^o: si i domo disciplie nos eē meminim^o: vel cū hic sum^o: vel cū hic audim^o: si exētes hinc no obliuiscimur: si meminim^o qd h audim^o: nōne martyres beatissimā? Augere mortes martyru: Oculos carnis sterroga: male mortui sūt. Oculos fidei inēroga: Preciosa ē in cōspectu dñi mors scōp^o ei^o. Quicqd g est qd exhorres i morte: oino no exhorreas si eos imitari. Id age vt bonā vitā habeas: et quēcūqz occasio fuerit vt creas de h corpe: exis ad requiē: exis ad bñtudine q no habet timore nec finē. Ad qsi bona mors diuitis in purpura z bysso: s mala mors stictis z in tō mēra guttā aq desiderāt. Quasi mala mors iacētis paupis ante ianuā diuitis: inf liguas eanū in fame z siti: micās de mēsa desiderāt.

Mala mors: auersāda mors: finē respice: christian^o es: fidei oculū intēde. Corrigite mori in opē illū: et deferri ab angelis in sinū abrahe. Quid pderat diuiti sepulchrū marmoreū: sticti apud inferos? Quid oberāt paupi pāni cū sanie vlcera eius: reqescēt in sinu abrahe? Rōge vidit eū reqescētē: quē pteserat iacētē. Ad elige mortē. Dic mibi quis bñ mortuus est: qd male? Puto qz meli^o ille paup q ille diues. An vis aromatis sepeliri: z ad inferos stire? Respondes: Absit a me. Puto qz hoc eliges. Disces g bñ mori: si didicerit bñ viuere. Adces em bonē vitē cōna est. Qui discit christiani sūt. Qui audiūt z no discūt: qd ad seminātē? Seminātis manū no terret via: no terret lapides: no terret spine. Factat ille qd suū est. Qui timuerit ne cadat in trā malā no puenit ad trā bonā. Et nos dicimus: spargim^o semia: iactam^o semia. Sūt q cōtemnūt: sunt q respēdūt: sunt q irridēt. Istos si nos timuerim^o: nihil habem^o seminare: z in messe habem^o esurire. Ergo veniat semē ad trā bonā. Scio qz q audit z bñ audit: deficit z pficit. Deficit iniquitati: pficit veritati. Deficit seculo: pficit deo. Quis ē em mgt q docet? Ad qlis: cūqz hō: s aplus. Plane aplus: z tñ no apls. An vultis inqt expimētū eius accipe q in me loquit chust? Chust ē qui docet: cathedrā in celo habet vt paulo ante dixi: Schola ipi^o in terra est: z schola ipi^o corp^o ipi^o ē. Caput docet mēbra sua: lingua loquit pedib^o suis: Chustus est q docet. Audiam^o: timeam^o: faciam^o. Z

Et ne ptenas ipm chustū: qz ppter te i carne nat^o ē: pānis mortalitatē circūdat. Propert te esuriuit z sitiuit. Propert te lassat^o ad puteū sedit. Propert te fatigat^o i nauī dormiuit. Propert te cōrumelias indignas audiuit. Propert te a facie sua sputa hoim no abegit. Propert te alapas in facie suā accepit. Propert te in ligno pepēdit. Propert te aiaz effudit. Propert te in sepulchro post^o ē. Hec oia forte ptenis i xpo. Uis nosse qd sit? Recole euangeliū qd audisti: Ego z pf vnū sum^o. Nos pñsi ad deū pcepta ei^o custodiam^o: vt pterna pnia ab ipa picipiam^o: pñtate eodē dño nro iesu xpo q cū pfe z sps sancto viuit z regnat i secla seclor^o. Amē

Dñica vicesimā pma: De trib^o pueris missis i fornacē ignis: Sermo i
Tbet tyrann^o fornacē incēdit: et quā i tū ipse igne furoris ardebat: tāto sanctiores pueros cōsumabat. Hūc vndātis fumi dēstrate celū ptegit: nūc horrifico

Ca. 22. Matt. 13.

2. Cor. 13.

Ca. 25.

Matt. 4.

Job. 4.

Matt. 8.

Job. 7. et 10.

Matt. 26.

et 27.

Job. 10.

Sermo

CC. XL.

Daniel. 3.

Sancti Augustini de tempore

sonitu chaldei cuncti terrent: vt magnitudo di-
uine scueritatis p supplicia mōstraret. Scue-
bat violēt° inimic° suppliciu suis famulis q̄si-
tur°. Scuebat si vt iustos trucidaret: s vt su-
is interitū procuraret. Scuebat si vt crescerēt
penaz augmēta: s vt cūctis mōstraret diuina
potestas: vt dū impij supplicijs glariēt: flāma
rū impetu vorarent. Scuebat scelerati chal-
dei supplicijs p̄sentib° pituri: et futuroz ignari
mistri iussa accelerāt: parant incēdia: flāmas
exaggerāt. Crudelitas ei° possidet mentē: se-
uitia imutat volūtatē. In fornacē missi sunt
Daniel. 3. sancti: fugiūt flāme: cedūt ignes: incēdia ex-
pauescūt. Timēt ignes ledere: q̄s fuerāt iussi
incolumes reseruare. Ostēdūt iustoz meritū
dū tyrāni cōtemnūt imperiū. Licet sancti cū
igne iocari: q̄b° cū homib° nō licuit cōmorari.
Licuit i fornace deū venerari: quē apō hoies
nō licuit honorari. Licet flāmaz mereri obse-
quia: q̄ nō meruerāt chaldeoz supplicia. Licet
ignib° p̄seruari illesos: q̄s tyrān° dederat eru-
redos. Licet i pena eē securos: q̄s extra penā
nō licuit esse intactos: vt vbi interit° ibi sal°:
vbi supplicia ibi inuenirent refrigeria. Accipe
hostis a supplicijs exemplū: q̄ hūanitatē pdi-
disti p̄siliū. Fugiūt ignes iustos q̄s iniuste dā-
nasti: expauescūt flāme et innocētes p̄nūciāt
q̄s dignos supplicio deputas: et q̄ sequire cōsue-
uerant: dignos sanctos in fornace cernebat.
Damnāt hostes: et absoluūt ignes. Chaldei
adiūciūt: et p̄ncē defendūt. Homines seuiunt: et
supplicia venerant. Tyrannus putabat tantū
tormēta posse sequire: quātum ipse sacrilegus
existimabat se potestare h̄re. Ignes iustis ce-
dūt: ardores flāmaz i refrigeriū vertunt: et in-
stituta naturę voraces impet° obliuiscunt: vt
iustos venerātes timerent: et eoz hostes p̄se-
quētes punirēt. Ignes iustos hospitio cū ol-
honore suscipiūt: et libēter obsequiū p̄bēt.
Hostis mutato genere sequit: nec aliqua pieta-
te mouet: nec hūanitate blandit. Posset vin-
cere si ignib° imparet. Offerunt q̄ ignib° iusti
vestitu tecti: vinculis colligati: defūdunt ardo-
ribus iusti: et q̄s vis hūana dānauit: ignis ab-
soluit. Nihil cogitat: nihil metuit. Sic nāq̄
crudelitas tyrānica supata p̄sternit: dū sui sa-
tellites deuorant. Lernit penā: et seruoꝝ dei
aspicit gloriā. Iustis ignes obsequiū p̄stant:
iustis interitū s̄ministrāt. Dū vindicat flāma
D impij necant et iusti saluant. Cum ad fornacē
tyrann° festināter accederet: stupet laudē: mi-
rat factū: venerat deū cū trib° pueris i fornace.
Aspicit iusto diuinoq̄ ambitu protegi: q̄s

nup iusserat violētus extingui. In illis in for-
nace videt: quē in illis ante nō esse putaret.
Quo viso territ° furoꝝ addit lenitatē: sit repē-
te cōfessor: qui nup fuerat p̄secutor. P̄dicat
quē paulo ante negabat: venerari p̄cipit: qui
venerātes dānauit. Rogat de fornace iustos
p̄cedē: p̄cat d̄ igne dei famulos p̄siliare. Exite
in q̄t sui dei excelsi. Nūc me defensorē dei p̄-
fiteor: cui° inimicū fuisse cōstat: vt cui° seruos
ignar° p̄sequebar: ei° inimicos vt defensor vli-
ciscar. Tūc de fornace egrediunt illesi hebrei:
letant incolumes: triūphant victores q̄ deo
fidelit fuerūt: et furoꝝ tyrāni p̄tēperūt.

In eadem dominica: De augurijs Sermo Sermo II CC. XLII

Bene nostis frēs charissimi: me vobis
frequēt° supplicasse: et p̄fina sollicitu-
dine cōmonuisse p̄t et p̄testatos eē: vt
illas sacrilegas paganoz p̄suetudines obser-
uare mime deberet. S; quātū ad me mistoz
relatiōe puenit: apud aliq̄s paz p̄fecit admo-
nitio mea: q̄ si vobis ego nō dixero: et p me
p vobis malā sū redditur° rōnē i die iudicij:
et vobiscū mibi erit necesse eēna supplicia susti-
nere. Ego me apud deū absoluo: dū itez atq̄
itez admonco p̄ter et cōtestor: vt null° ex vob
caragos vel diuinos v̄l sortilegos req̄rat: nec
de q̄libet eos aut causa aut infirmitate inter-
roget. Null° sibi p̄cantatores adhibeat: q̄ q̄-
cūq̄ fecerit h̄ malū: statim p̄bit baptisimū sacra-
mētū: et p̄tinuo sacrileg° et pagan° efficiat: et nisi
grādi elemosyna et dura et p̄lixa p̄nia sbuene-
rit statim in eēnū p̄bit. S; et auguria obfuarē
nolite: nec in itinere positi aliq̄s auiculas cā-
tates attēdite: nec ex illaz cāru diabolicas di-
uinatiōes annūciare p̄sumite. Null° ex vob
obseruet qua die de domo exeat: q̄ die iterū
reuertat: q̄ oēs dies de° fecit: sic sc̄ptura dicit:
Et fact° ē p̄m° dies et secūd° dies et tertius: s; et
quart° et q̄nt° et sext° et sabbatū. Et illd: Fe-
cit de° oia bona valde. Illas nō nō solū sacri-
legas: s; etiā ridiculas sternutatiōes p̄side-
rare et obseruare nolite: s; q̄tiēs vob in q̄cūq̄
pte fuerit necessitas p̄perādi: signate vos in
noie iesu xp̄i: et symbolū vel ofonē d̄nicā fide-
liter dicētes: securi d̄ dei adiutorio iter agite.
Et q̄ q̄ sup̄dicta oia sacrilegia deo vobis i
spirāte et p̄tinere v̄l despiciere cepistis: moleste
h̄ acceptur° ē diabol°: q̄ vos videt de amicitia
v̄l societate sua discedere: et sacrilegia p̄ q̄
vos decipiebat cōtemnere: aliquas neq̄cias
vobis factur°: aut infirmitatē aliquā imissū